

N12<514841090 021


ubTÜBINGEN

WERNER STICKEL
Buchbinderei
ÖSCHINGEN

COMMISSIO HISTORICA ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

ANALECTA PRAEMONSTRATENSIA

TOMUS XLV 1969 FASCICULUS 1-2



CUM SUBVENTIONE GUBERNII
SECRETARIATUS REDACTIONIS ET ADMINISTRATIO:
ABBATIA AVERBODIENSIS

U.-B. TÜ 3.
6. JUNI 1969

SUMMARIUM HUIUS FASCICULI

Articuli :

L. Milis, De Premonstratenzer-wetgeving in de XII^e eeuw. Een nieuwe getuige (II) 5-23

E. De Roover, O. Praem., Augustin d'Hippone et l'interprétation de Luc. 1, 35 (*A suivre*) 24-45

J. B. Valvekens, O. Praem., De cura paroeciarum a Praemonstratensibus exercenda animadversiones historico-canonicae quædam 46-55

K.-E. Geith, Ein deutsches Gedicht aus dem Kloster Schäftlarn 56-64

Pl. Lefèvre, Éloge funèbre et documents inédits sur Mathias Valentijns, abbé d'Averbode de 1591 à 1635 65-83

Miscellanea :

N. Backmund, O. Praem., Ein Inventar der Abtei St. Leucius in Todi 1236 84-89

T. J. Gerits, O. Praem., Les actes de confraternité des sœurs prémontrées de Meer 89-99

Documenta :

Capitulum Generale Ordinis 100-108

Membrum Commissionis Historicae Ordinis 109

R. Draguet, In memoriam Reverendissimi D.A.A. van Lantschoot, canonici Parcensis († 23 februari 1969) 109-116

Recensiones librorum :

Mgr. N. Calmels, *Concile et Vies consacrées* (R. Christoflour) . . 117

Dr. M. Fitzthum, *Kirche und Kultur im Egerland* (A. Blaha) 117-118

L. Llitteras, *Artà en el siglo XIII. Estudio y Documentos* (J. B. Valvekens, O. Praem.) 118-119

R. van Dülmen, *Propst Franziskus Töpsl (1711-1796) und das Augustinerchorherrenstift Polling* (N. Backmund, O. Praem.) 119-121

C. Van de Wiel, *Vissenaken's ongekend verleden* (M. H. Koyen) 122-123

A. Sprengler-Ruppenthal, *Mysterium und Riten nach der Londoner Kirchenordnung der Niederländer* (J. B. Valvekens, O. Praem.) 123

Libri recepti :

A. Hamman, *Guide pratique des Pères de l'Église* (J. B. Valvekens, O. Praem.) 124

Das Neue Testament. Übers. und erl. von P. Dr. K. Rösch (J. B. Valvekens, O. Praem.) 124-125

Th. Lehmann - J. B. Metz - K. Rahner, *Kerk in Samenleving. Secularisatie Ideologieën* (J. B. Valvekens, O. Praem.) . . 125

L. J. Van Holt, *De grote verbrokkeling?* (J. B. Valvekens, O. Praem.) 126

Getuigenis. Jg. 12 (J. B. Valvekens, O. Praem.) 126

Chronicon 127-148

Editio Textus :


Acta et Decreta Capitulorum Generalium Ordinis Praemonstratensis. II. Saec. XII-XV. Ed. : J. B. Valvekens, O. Praem. 1-48

ANALECTA PRAEMONSTRATENSIA

COMMISSIO HISTORICA ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

ANALECTA PRAEMONSTRATENSIA

TOMUS XLV — 1969



CUM SUBVENTIONE GUBERNII
SECRETARIATUS REDACTIONIS ET ADMINISTRATIO:
ABBATIA AVERBODIENSIS

Gh 5334



De Premonstratenzer-Wetgeving in de XII^{e} eeuw Een nieuwe getuige

II

SUMMARIUM

In fasciculo praecedenti huius periodici (*Anal. Praem.*, XLIV, 1968, pp. 181-214) conati sumus, per textum usuum Praemonstratensium contentum in collectione hucusque non considerata, legislationem Ordinis, in primo saeculo suae existentiae, revisioni subicere, potissimum sub ratione aetatis et respectivae filiationis textuum hucusque cognitorum.

In praesenti fasciculo edimus textum collectionis codicis Oxoniensis Ashmoleani.

Editionem illam curavimus iuxta haec principia :

1. Indicare potissimum, quantum fieri potest, intendimus, quodnam stadium legislationis saeculi duodecimi et decimi tertii Praemonstratensium textus hic editus (PMi) repraesentat. Ut hoc manifestum fiat, varias formas litterarum pro hac editione selegimus :
   — Quae PMi mutuat a PW imprimuntur caracteribus romanis parvis.
   — Quae communia sunt inter PM et PMi, et in PW non habentur caracteribus obliquis imprimuntur.
   — Quae PL mutuat a PMi et non habentur in PW et PM, caracteribus crassioribus imprimuntur.
   — Quae solummodo in PMi habentur, imprimuntur caracteribus capitalibus parvis.
2. Lectiones variantes, quae non occurrunt in PMi, solummodo in apparatu critico referuntur quando inservire possunt emendationi textus passim incerti PMi, et proinde selective notantur.
3. Quae in ipso cod. PMi a scriptore emendata fuerunt, non specialiter indicantur; mendae in cod. ipso occurrentes a nobis emendantur; in hoc ultimo casu lectio ipsa cod. in apparatu critico indicatur.
4. Modi particulares scribendi cod. servantur : v.gr. *commedere* non emendatur in *comedere*.
5. Praeter textus PW et PM iam editos, prae oculis insuper habuimus eos textus in codd. originalibus.

6. Adhibentur hi sigli :

PW = versio statutorum extans ante a. 1131. Cod. Monacensis, Cls. 17174, 11r-39v; ed. R. Van Waefelghem, *Les premiers statuts de l'ordre de Prémontré*, in *Analectes de l'ordre de Prémontré*, IX, 1913, pp. 1-74.

PM = Statuta aa. 1171-1177. Cod. Parisinus lat. 14762, 223r-240r; ed. E. Martène, *De antiquis ecclesiae ritibus*, 3ª ed., Venetiis, t. II, 1783-8, pp. 323-336.

PMi = versio statutorum hic edita.

PL = versio quae continetur in quibusdam codd. saeculi decimi tertii; ed. Pl. Lefèvre, *Les statuts de Prémontré réformés sur les ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIII^e siècle*, Lovanii, 1946 (*Bibliothèque de la Revue d'histoire ecclésiastique*, fasc. 23).

In de vorige aflevering van dit tijdschrift[1]) hebben we gepoogd om aan de hand van een onopgemerkte collectie van Premonstratenzergebruiken, de XII^e eeuwse wetgeving binnen de orde van Sint Norbertus aan een grondige herziening te onderwerpen, vooral inzake datering en filiatie.

In deze bijdrage zullen we de tekst zelf van de collectie uitgeven. Vooraf leggen we echter enkele principes van de uitgave nader uit.

1. Er werd naar gestreefd om zo duidelijk mogelijk aan te geven welke etappe PMi (de hier uitgegeven tekst) vertegenwoordigt in de wetgeving van Prémontré tijdens de XII^e en XIII^e eeuw. Daarvoor werd beroep gedaan op verschillende lettertypes :

— de delen die PMi aan PW heeft ontleend zijn uit klein romein gezet;
— de delen die PM en PMi gemeenschappelijk hebben, zonder dat ze reeds in PW aanwezig waren, werden uit kursief gezet;
— de delen die door PL aan PMi werden ontleend, en die niet voorkwamen in PW en PM zijn uit vetjes gezet;
— de delen, die enkel in PMi voorkomen, zijn uit klein kapitaal gezet.

We wijzen er op dat met verschil van letters bij overeenkomstige woorden in de verschillende versies (bv. naamvalsuitgangen) geen rekening werd gehouden, om uit een ander lettertype gezet te worden; enkel dus met volledige woorden.

2. De varianten van de andere P-versies dan PMi werden in het kritisch apparaat slechts opgenomen in zoverre ze dienden tot het

[1]) XLIV, 1968, pp. 181-214.

emenderen van foutieve lezingen van de PMi, en zijn bijgevolg selectief.

3. De woorden die in het hs. zelf reeds verbeterd waren (bv. door wegschrappen of expunctueren) werden zonder nadere aanduiding weergegeven; fouten die bleven staan, werden geëmendeerd, maar met aanduiding van de lezing van het hs. in het kritisch apparaat.

4. Er werd rekening gehouden met de spellingseigenaardigheden van het hs.; bv. *commedere* werd niet verbeterd in *comedere*.

5. We leggen er de nadruk op dat we ons voor de versies PW en PM niet enkel hebben vergenoegd om de uitgaven te raadplegen, die hoe hoog hun kwalitieit ook kan zijn, toch steeds vergissingen inhouden. We hebben daarom teruggegrepen naar de handschriften zelf, of liever, naar microfilms, die ons verstrekt werden door de *Staatsbibliotheek* van München en het *Institut de recherche et d'histoire des textes* te Parijs.

6. Volgende sigels werden gebruikt:

PW = versie van voor 1131.
hs. München, Staatsbibliotheek, Cls. 17174, 11r-39v.
ed. R. Van Waefelghem, *Les premiers statuts de l'ordre de Prémonté*, in *Analectes de l'ordre de Prémontré*, IX, 1913, pp. 1-74.

PM = versie van 1171-1177.
hs. Parijs, Bibliothèque nationale, fonds lat. 14762, 223r-240r.
ed. E. Martène, *De antiquis ecclesiae ritibus*, 3^e uitg., Venetië, 1783-88, dl. II, pp. 323-336.

PMi = hier uitgegeven versie.

PL = verschillende hsn. uit de XIII^e eeuw.
ed. Pl. Lefèvre, *Les statuts de Prémontré réformés sur les ordres de Grégoire IX et d'Innocent IV au XIII^e siècles*, Leuven, 1946 (*Bibliothèque de la Revue d'histoire ecclésiastique*, fasc. 23).

Dr. L. Milis.
Faculteit der Letteren en Wijsbegeerte.
Blandijnberg 2, Gent (Belg.).

KONKORDANTIETABEL DER VERSIES PMi, PW, PM EN PL

PMi		PW			PM			PL	
§	f° ms	§	p. ed.	f° ms	§	p. ed	f° ms	§	p. ed.
1	186r	54	50-1	30v-31r	III, 1	332	233v	III, 1	65-6
		55	52	31r					
2	186r-187r°	55	51-3	31r-31v	III, 2	332	233v-234r	III, 2	66-8
		54	51	30v					
		56	53	32r					
3	187r-v	56	53-4	31v-32r	III, 3	332	234r-v	III, 3	69
		55	52	31v					p. 68
									r. 45-6
		50	48	29v					
4	187v-188r	57	54	32r-v	III, 4	332	234v	III, 11	81-2
5	188r-v	58	55	32v-33r	III, 5	332-3	234v-235r	III, 11	81-2
6	188r-189v	59	55-57	33r-34v	III, 6	333	235r-236r	III, 4	70-2
7	189v-190r	59	55-56	33r-v	III, 7	333	236r	III, 6	73
8	190r	—	—	—	III, 8	333	236r	—	[cf. 74, add. 1290]
9	190r-191v	53	49-50	30r-v	III, 9	333	236r-v	III, 8	76-79
10	190v-191r	60	57-58	34v	III, 10	333-4	236v	III, 9	79-80
11	191r-v	21	33	21v-22r	IV, 3	334	237r-v	IV, 2	91-93
12	191v	24	34	22r	IV, 4	334	237v	[I, 14]	[26-7]
13	191v	31	37	23r-v	IV, 13	335	238v	[I, 10]	[20-21]
14	191v-192r	—	—	—	—	—	—	—	—
15	192r	48	48	29r	[I, 6]	[326]	[225r-v]	[I, 6]	[13-14]
16	192r	49	48	29r-v	—	—	—	IV, 10	110-11
		62	59-60	35r-v	—	—	—	—	—
17	192r-v	71	63	37v	—	—	—	[IV, 10]	[110-11]
18	192v	70	62	37r-v	—	—	—	—	—
19	192v	65	61	36r-v	[I, 15]	[327-8]	[227r-v]	[I, 13]	[23]
20	192v-193r	64	60	36r	—	—	—	—	—
21	193r	66	61	36v	—	—	—	—	—
22	193r	67	61	36v	—	—	—	—	—
23	193r-v	66	61	36v	—	—	—	—	—
24	193v	69	62	37r	—	—	—	—	—
25	193v	63	60	36r	—	—	—	—	—
26	193v	72	63	37v	—	—	—	IV, 10	111
27	193v-194r	68	62	36r	—	—	—	—	—
28	194r	42	44-5	27v	I, 17 [1]	328	228r	[I, 16]	[28-30]
		50	48	29v	—	—	—	—	—
29	194r	34	38	25r	—	—	—	—	—
30	194r	73	63	37v	—	—	—	—	—
31	194r-v	—	—	—	—	—	—	—	—

[1]) Hs. verkeerdelijk I, 16.

PMi		PW			PM			PL	
§	f° ms	§	p. ed.	f° ms	§	p. ed.	f° ms	§	p. ed.
32	194v	61	58	34v-35r	I, 20 [2])	328	228v	I, 19	36-37
		—	—	—	aanv. VII	335	239v	—	—
33	194v	—	—	—	—	—	—	—	—
34	194v	—	—	—	aanv. III	335	239v	[IV, 12]	[114-5]
35	195r	—	—	—	aanv. IV	335	239v	[IV, 17]	[122]
36	195r	—	—	—	aanv. VI	335	239v	—	—
37	195r	—	—	—	aanv. XI	336	240r	[IV, 15]	[117-8]
38	195r	—	—	—	[aanv. XII]	[336]	[240r]	—	—
39	195r	—	—	—	—	—	—	—	—
40	195r	—	—	—	—	—	—	IV, 14	116-7
41	195r-v	—	—	—	—	—	—	—	—
42	195v	—	—	—	—	—	—	II, 2	45
								[IV, 15]	[118]
43	195v	—	—	—	—	—	—	—	—
44	195v	—	—	—	II, 1	329	229r	[III, 2]	[68]
					aanv. VIII	335-6	239v		
45	195v	—	—	—	—	—	—	—	—
46	195v	—	—	—	—	—	—	—	—
47	195v-196r	—	—	—	—	—	—	—	—
48	185r	—	—	—	—	—	—	—	—
49	185r	[20]	[32]	[21v]	[I, 6]	[326]		[I, 6]	[13-14]
		[19]	[31]	[21r-v]	[I, 5]	[326]		[I, 5]	[11-13]
50	185r	—	—	—	—	—	—	—	—
51	185r	—	—	—	—	—	—	—	—
52	185r-v	—	—	—	—	—	—	—	—
53	185v	—	—	—	—	—	—	—	—
54	185v	—	—	—	—	—	—	—	—
55	185v	—	—	—	—	—	—	[III, 8]	[77-78]
56	185v	—	—	—	—	—	—	[III, 8]	[77-78]
57	185v	—	—	—	—	—	—	—	—
58	185v	—	—	—	—	—	—	—	—
59	185v	—	—	—	—	—	—	—	—

[2]) Hs. verkeerdelijk I, 19.

[COLLECTIO CONSUETUDINUM PRAEMONSTRATENSIUM (PMi) QUAE ASSERVATUR IN CODICE MANUSCRIPTO OXONIENSI ASHMOLEANO 1285.]

[CAP. 1] He sunt leuiores culpe. Si quis mox ut signum datum fuerit, non relictis omnibus quecunque in manibus habuerit, cum matura tamen festinatione differat se preparare ut secundum regulam ad ecclesiam ordinate cum processione et composite et cum silentio ueniat infra septa atrii uel extra in uicino manens; designatum [a]) sibi legendi uel cantandi officium non *atentissime* compleuerit, responsorium uel antiphonam incepturus corum turbauerit; male legendo uel cantando offendens, non statim se coram omnibus humiliauerit; si in conuentu uenire distulerit; si ibidem aliquid tumultus uel inquietudinis fecerit; si ad mensam cum ceteris non uenerit; si ad communem rasuram presens non fuerit; si presens in dormitorio aliquam inquietudinem fecerit; *si* per licentiam de claustro egressus, moram fecerit; si corporale uel lintheos ad portandos calices UEL ad patenam inuoluendam NON [b]) aptauerit; stolam uel phanonem negligenter ad terram deiecerit; si uestes suas tempore et loco statuto honeste et ordinate non mutauerit; si cereum maiorem fregerit; SI aliquid utensilium perdiderit; si corrigiam rasoriorum inciderit; si quid uestimenti sui peiorauerit uel perdiderit uel potus effuderit; si liber in quo ad refectionem UEL ad capitulum UEL ad collationem legendum est suo neglectu defuerit; si [c]) lector mense denotatus, benedictionem neglexerit; si in conuentu aliquid unde alii scandalizentur [d]) egerit; si in aliquo gestu reprehensibilis fuerit; si in aliquo notabilis *apparuerit*. De his omnibus petentibus ueniam, iniungantur psalmus [e]) unus.

[CAP. 2] Media culpa est si quis in ASSUMPTIONE Domini [a]) et Natiuitate DOMINI in principio capituli non affuerit per negligentiam ut pronunciatis redemptionis nostre exordiis, corde et corpore humiliatus gratias agat Redemptori; in choro positus non diuino officio intentus uagis oculis et motu irreligioso, minus competenti, leuitatem mentis ostenderit; lectionem constituto [b]) tempore non preuiderit; si quicquam cantare uel legere presumserit quam quod communis consensus probat; si in coro riserit uel alios ridere fecerit; si [c]) ad capitulum uel collationem non uenerit; si commune mandatum dimiserit; si ad opus manuum non occurrerit; si dormientibus fratribus per negligentiam defuerit; si quis hore canonice *uel communi refectioni* non interfuerit; si quis absque benedictione cibum uel potum sumserit; si quis eum a quo clamatus est eadem die quasi uindicando clamare presumserit; si quis clamans in clamatione *sua* iudicium fecerit; *si quis* de [d]) uia ueniens die eadem, si fieri potest, benedictionem accipere neglexerit, uel absque

[CAP. 1] [a] designatum ... humiliauerit] = *PW 55*, p. *52*, *31r*.
[b]) non] *PMi in margine*.
[c]) si ... neglexerit] = *PW 55*, *p. 52*, *31r*.
[d]) scandalizentur] *PMi leg.* scandalizæntur.
[e]) psalmus] *PMi leg.* spalmus.
[CAP. 2] [a]) Domini] *PMi leg.* Domine.
[b]) constituto] *PMi leg.* uel constituto; *PW* in constituto; *PM*, *PL* constituto.
[c]) si ... defuerit] = *PW 54*, *p. 51*, *30v*.
[d]) de ... exierit] = *PW 54*, *p. 51*, *30v*.

ea, nisi ad possessiones uicinas uadens, de monasterio plus una die moraturus exierit; si [e]) quis cum iuramento, ut in loquendo fieri solet, aliquid negauerit uel affirmauerit; si quis turpem sermonem uel uaniloquium in usu habuerit; si quis eorum, qui officiis deputati sunt, in aliquo circa officium *suum* negligens repertus fuerit, ut sunt *priores* in conuentu custodiendo, cantores in officiis quibus annotati sunt exequendis, prouisor exteriorum in rebus exterioribus custodiendis, celerarius in administrandis, sacrista in his que ad ecclesiam pertinent conseruandis, reficiendis uel administrandis, armarius in libris emendandis, custodiendis, certa hora exponendis, uestiarius in uestibus prouidendis, infirmorum custos infirmis seruiendis, hospitalis in hospitibus suscipiendis et procurandis, ut in omnibus precepta patris nostri Augustini adimpleantur : « Ante omnia diligatur Deus, deinde [f]) proximus » et illud « sine murmure seruiant fratribus suis ». Clamatis de supradictis et ueniam petentibus fiat unius coreptionis disciplina cum tot psalmis [g]), quot placuerit illi qui capitulum tenebit. *Qui autem silentium* SUUM *fregerit, sicut in generali capitulo statutum est, una die in pane et aqua ieiunabit.* NULLA ALICUI INDULGEATUR REFICIENDI LICENTIA PRO FRACTO SILENTIO, ETSI ABBAS REFECTIONI INTERFUERIT.

[CAP. 3] Grauis culpa est si quis in audientia secularium inhoneste contenderit; si frater cum fratre intus uel foris lites habuerit; uel si quis, procedens ubi femine sunt, oculum fixerit, si tamen hoc in usu habuerit; si quis falsum testimonium aduersus aliquem dixerit; si quis ex [a]) industria mendatium dixisse deprehensus fuerit; si [b]) quis silentium non tenere in consuetudinem duxerit; si quis iacens uel sedens culpam suam uel alterius defenderit; si quis inter fratres discordiam seminauerit; si in illum a quo clamatus est uel in quemlibet alium minas uel maledicta seu uerba inordinata et irreligiosa maliciose inuexisse, deprehensus fuerit; si quis alicui fratrum obprobium [c]) dixerit; si quis preteritam culpam pro qua satisfecit improperauerit; si quis susurro [d]) uel detector inuentus fuerit; si [e]) *quis* mala de patribus uel de fratribus uel de domibus [f]) suis maliciosae euomuerit, que testimonio fratrum suorum comprobare NON POTERIT; *si quis, parentibus suis uel nuntiis* [g]) *superuenientibus, loqui uel ab eis rumores audire, absque testimonio et licentia abbatis uel prioris, presumserit.* Pro huiusmodi culpis et his similibus, ueniam petentibus et non clamatis tres coreptiones in capitulo dentur et tres dies in pane et aqua ieiunent. Clamatis uero una dies et una coreptio superaddatur. Decetero psalmi et uenie secundum quod discretioni rectoris *uisum fuerit* pro qualitate culparum iniungantur. *Si quis autem pro uictu uel uestitu uel qualibet alia re murmurauerit, predictam penam sustineat et XL dies ab illo genere cibi uel potus pro quo murmurauerit, abstinebit.*

[e]) si ... habuerit] = *PW 56, p. 53, 32r.*
[f]) deinde] *PMi leg.* dinde.
[g]) psalmis] *PMi leg.* spalmis.
[CAP. 3] [a]) ex] *PMi leg. in ras.* cum; *PW, PM, PL* ex.
[b]) si ... duxerit] = *PW 55, p. 52, 31v.*
[c]) obprobium] *PMi leg.* obprobrium.
[d]) susurro] *PMi leg.* susurror; *PW, PM, PL* susurro.
[e]) si ... comprobare] = *PW 50, p. 48, 29v.*
[f]) domibus] *PMi leg.* hominibus; *PW, PM* domibus.
[g]) nuntiis] *PMi leg.* uicinis; *PM, PL* nuntiis.

[Cap. 4] Grauior culpa est si cuiquam [a]) aliqua negligentia contigerit in corpore et sanguine Domini, siue palam, siue occulte. Hoc si domno abbati euenerit, sedens cum omni humilitate, se ipsum acuset et superna compassione [b]) et oratione hunc excessum deleri postulet; deinde interni [c]) arbitri iram preuenire satagens, iudicansque se ipsum ut non iudicetur et transitorie dampnans ne in eternum dampnetur, ministri quoque qui huic negligentie interfuerunt, uerum et omnes reliqui fratres surgentes preparent se ad uapulandum et uoluntariam subeant uindictam, ut quia unum cor sunt et anima una, mutuo [d]) sua honera portantes, adimpleant legem Christi, cantantes ibidem VII psalmos penitentiales, nisi dupplex solemnitas fuerit, cum his uersiculis « Post partum » « Adiuua nos » orationibus « Famulorum » « Ineffabilem ». Post hec surgentes resideant. Tunc iniungat rector unicuique in psalmis [e]) et missis pro peccatis quod sue discretioni uisum fuerit, et ille cui contigit negligentia per aliquot dies a sacramento abstineat. Uerum quia similis negligentia alii cuilibet euenire potest et non numquam euenit, eadem ratio reconciliationis non incongrua uidetur.

[Cap. 5] Si quid de sacramento sanguinis Christi ceciderit super corporale, reponendum est ipsum corporale [a]) et in loco reliquiarum seruandum. Si palla altaris inde intincta fuerit, recidenda est ipsa que intincta est particula et pro reliquiis seruanda. Si super quodcunque uestimentum, comburenda est pars illa et cinis in sacrario reponenda. Si super casulam uel albam deguttat, fiat similiter. Si uero in terram cecidit, lingendus, extergendus, radendus est locus *ipse*, siue lapis, siue lingnum siue terra; et puluis in loco *sacro* recondendus. Porro si in [b]) ipsum sanguinem musca uel aranea uel aliud tale quid ceciderit, quia uix sine uomitu aliquando sumi potest uel sine periculo corporis, igne cremandum est et sanguis sumatur. Quod si fides sua id ipsum quod ceciderit, quempiam sumere fecerit, Deo gratias; sed paucorum est. Contingit etiam ut de simplici uino uel de aqua sine uino, uel de quolibet alio liquore fiat consecratio. Hii quibus he negligentie euenerint [c]), supradicto modo peniteant. Quod si de corpore Domini aliquid super pallam altaris cecidit uel super quodlibet aliud indumentum, non inciditur sed uino abluitur et a ministro sumitur ipsum uinum. Quod si infirmo datum reicitur, prout diligentius poterit, suscipiatur et contritum [d]) in calice cum uino ab aliquo sumatur, si integrum sumi non potest, eo quod de ore alterius reiectum est. Reus autem [e]) huius negligentie, et qui cum eo particeps fuit culpe, competenti subiacebit uindicte. Si autem in terram aut super lignum uel lapidem ceciderit, modus supradictus de sanguine Domini tenendus erit.

[Cap. 4] [a]) cuiquam] *PMi leg.* quicquam; *PW, PM* cuiquam.
[b]) compassione] *PMi leg,* copassione.
[c]) interni] *PMi, PM leg.* interim; *PW, PL* interni.
[d]) mutuo] *PMi leg.* mutua; *PW, PM* mutuo.
[e]) psalmis] *PMi leg.* splamis.
[Cap. 5] [a]) corporale] *PMi leg.* corporele.
[b]) in] *PMi om.*; *PW* quid in; *PM, PL* in.
[c]) euenerint] *PMi leg.* uenerint; *PW* euenerit; *PM, PL* euenerint.
[d]) contritum] *PMi leg.* incontritum; *PW, PM, PL* contritum.
[e]) autem] *PMi leg.* ante; *PW, PM. PL* autem.

[Cap. 6] Finito de sacramentis, adhuc de gravioribus [a]) culpis dicendum est. Si quis frater *per contumatiam et manifestam rebellionem* inobediens [b]) *abbati suo* fuerit, si [c]) quis percussor fuerit, si quis crimen capitale commiserit, ut furtum, sacrilegium uel aliud huiusmodi, si publicatus *deuitare* nequit [d]), in clamatione sponte surgat et ueniam petens, sceleris sui immanitatem lamentabiliter proferat, et denudatus ut dignam suis excipiat meritis sententiam, uapulet [dd]) quantum placuerit prelato; et ut permaneat in pena grauioribus culpis debita preceptum accipiat uidelicet, ut sit omnium nouissimus in omni conuentu ubi fratres sunt, ut qui culpas perpetrando non erubuit fieri membrum diaboli, ad tempus ut resipiscat, sequestretur a consortio ouium Christi; in refectorio quoque *ad mensam communem non sedebit, set in medio refectorio super nudam mensam commedet, et* prouidebitur ei seorsum panis grossior et potus aque, nisi *domnus* abbas aliquid ei per misericordiam impendat; nec reliquie prandii sui cum aliis reliquiis misceantur, ut cognoscat ita sequestratum esse [e]) a consortio aliorum *quod priuetur* a consortio angelorum nisi redeat per penitentiam. Ad canonicas horas ueniat ante hostium ecclesie et coram *transeuntibus* fratribus prostratus iaceat quousque intrauerint omnes et exierint. Nullus autem quoquomodo audeat se ei coniungere uel aliquid mandare. Ipse tamen domnus abbas ne in desperationem labi possit, aliquando mittat ad eum seniores, qui eum admoneant ad penitentiam, prouocent *ad patientiam* [f]), foueant per compassionem, hortentur ad compunctionem, adiuuent per suam intercessionem. Si uiderint in eo humilitatem cordis, quibus suffragetur totus conuentus, nec renuat abbas cum illo facere misericordiam. Et si uidetur ei denuo uapulet, prouolutus omnium pedibus, primo abbatis, deinde utriusque lateris sessorum [g]). Ille talis, quamdiu *erit* in hac penitentia, non communicet, non ueniat ad osculum pacis, non osculetur textum Euuangelii, non notetur ad aliquod officium in ecclesia nec ulla ei ante plenariam solutionem obedientia committatur; et, si fuerit sacerdos uel diaconus, his non fungatur officiis, nisi [h]) postmodum religiosius [i]) conuersatus [j]). *Eodem modo penitere debet qui rem sibi collatam celauerit, et* [k]) *non statim in rem communem redegerit; quod beatus Augustinus furti iudicio dicit esse condemnandum.* Si quis etiam in alio monasterio tale quid commiserit, ulterius illuc non redeat, etiam si per omnia correptus inuentus fuerit. Quod si quis domno abbate absente, tale quid perpetrauerit *prior* suus suspendat eum ab officio suo et ab obedientia sua si quam habet, et cetera differat ad audientiam abbatis. Si in aliqua *curia* euenerit, *custos* qui ibi est *nuntiet* hoc *ad monasterium.* Adductus uero non ueniat in presentia abbatis donec ipso capitulo *presederit* et tunc agatur de eo sicut predictum est. Quod si defuerit, maneat seorsum ubi prior iusserit,

[Cap. 6] [a]) grauioribus] *PMi om. abbrev.*
[b]) inobediens] *PMi leg.* inobediendiens.
[c]) si ... fuerit] = *PW 56, p. 53, 32r.*
[d]) nequit] *PW, PM, PMi* nequid; *PW, PM* (*ed.*) nequit.
[dd]) ualupet ... prelato. *PMi leg.* ualupet ... prelalato.
[e]) esse] *PMi in margine.*
[f]) patientiam] *PM* (*ms.*) *supra lin.*; (*ed.*) *leg.* poenitentiam.
[g]) sessorum] *PMi leg.* sesorum.
[h]) nisi] *PMi in margine* -si.
[i]) religiosius] *PMi leg.* relligiosius.
[j]) conuersatus] *PMi add. post.* fuerit.
[k]) et] *PMi leg.* uel et.

donec abbati et capitulo, ut dictum est, presentetur. Si autem abbati *huiusmodi* lapsus insinuatus fuerit, ut occulte tractare dicernat, hoc in eius pendet arbitrio. Si quis autem pro huiusmodi suspectus est, NON confessus, nec conuictus, re ueniente in dubium, differatur interim, ut secundum consuetudinem rerum dubiarum iusto iudicio comprobetur, et denuo ad capitulum referatur, nisi sit res de lapsu corporali que pro scandalo non est aperte tractanda, sed prelato occulte intimanda; et si contigerit ut ab aliquo minus discrete proferatur, *si sine scandalo ocultari poterit*, sub occasione probationis est suspendenda, *nec* in publicum proferenda, ET *si abbati fuerit probata*, districtione [1]) tamen *secreta*, secundum personam et tempus *condignam agat penitentiam* in qua non sibi set ceteris parcitur.

[CAP. 7] Quicumque per conspirationem uel coniurationem uel *per* maliciosam concordiam aduersus abbatem uel prelatos suos manifeste se erexerint, *supradicto modo peniteant et de cetero* in omni uita sua extremum [a]) locum sui ordinis obtineant et uocem in capitulo, nisi in sui acusatione, non habeant, neque eis deinceps aliqua obedientia nominata iniungatur.

[CAP. 8] *Si quis subditus nostri ordinis infamauerit patrem suum de aliquo crimine infra claustrum uel extra, postquam infamator ille* INDE *conuictus uel publice confessus fuerit, preter supradictam penitentiam subeat etiam hanc penam, ut ultimus sit in omni conuentu ubi ordo seruatur, officio suo non fungatur, in omni sexta feria ieiunet in pane et aqua et totiens coreptionem accipiat, et de his nulla fiat ei remissio, nisi consilio communis colloquii patrum. Si laicus fuerit, similiter omnium ultimus erit conuersorum et in omni sexta feria ieiunet in pane et aqua et nuda mensa commedat et coreptionem accipiat et omnibus dominicis diebus nudis pedibus eat ad processionem; de remissione supradictus modus teneatur.*

[CAP. 9] Quicumque apostatauerit, si intra XL dies non redierit excumunicabitur. Si uero misertus sui redierit, depositis uestibus in claustro nudus cum uirgis in capitulum ueniet et prostratus culpam suam dicet et humiliter ueniam petet et *quamdiu placuerit abbati pene gravioribus culpis debite subiacebit, et in capitulo nudum se presentabit* et in omnibus dominicis diebus [a]), infra hoc tempus penitentie, ante hostium, ubi processio transitura est, prostratus iacebit *et ubique in conventu nouissimus erit et peracta* [b]) *penitentia, nunquam priorem locum obtinebit sed inferiorem; ita ut tempus transgressionis subtrahatur* [c]).

Quod si iterum stimulante diabolo ruptis caritatis et obedientie uinculis effugerit et iterum redierit, extra claustrum depositis uestibus nudus cum uirgis in capitulo ueniam postulabit *et sicut supradictum est postea penitebit.* Si uero tercio, perurgente diabolo, fugitiuus euaserit, et postea Deo MISERANTE redierit, extra portam uestes deponat et nudus cum uirgis in capitulo misericordiam querere ueniat et de cetero eodem modo quo supradictum penitentiam aget. Omnibus tamen fratribus pro huiusmodi penitentibus et humiliter in capitulo deprecantibus,

[1]) districtione] *PMi leg.* distircione.

[CAP. 7] [a]) extremum] *PMi leg.* exemum.

[CAP. 9] [a]) diebus] *PMi om.*

[b]) peracta] *PMi om. abbrev.*

[c]) ita ut ... subtrahatur] *PM (ms.) in marg.*

abbas secundum quod eorum penitentiam prospexerit eis indulgere uel remittere poterit, secundum quod sue discretioni uisum fuerit. Quod si quarto, furore diaboli areptus, RECESSERIT et postea redierit, si clericus fuerit, NUNQUAM ultra in officio clerici sed inter laicos erit quamdiu abbati et capitulo uisum fuerit. Si uero laicus fuerit, in uilissimo officio et omnium laicorum nouissimus erit et omni tempore uite sue in pane et aqua et solo pulmento penitebit nisi in solemnibus festis et discrecio [d]) abbatis aliquando aliquam misericordiam ei impendere uoluerit. *Si quis in apostasia ordinatus fuerit, ordinibus male susceptis perpetuo carebit, nisi forte postmodum ita religiose conuersatus fuerit ut patres in generali capitulo iudicent circa eum* [e]) *aliquam posse fieri dispensationem. Si quis autem prius ordinatus, in apostasia et excommunicatione diuina celebrare presumserit, non nisi post diuturnam penitentiam et laudabilem conuersationem* [f]) *officio suo fungatur.*

[CAP. 10] Grauissima culpa est incorigibilitas eius qui nec culpas timet admittere et penam recusat scire. De quo preceptum est patris nostri Augustini ut « etiam si ipse non abcesserit de nostra societate proiciatur », secundum apostolum, qui hereticum hominem post correptionem adhibitam et incorrigibilitatem patefactam deuitari iubet tanquam peccantem peccatum ad mortem, « quia subuersus est [a]), qui eiusmodi [b]) est ». Hic quidem uestibus monasterii exutus et habitu seculari indutus exire compellendus est, si tamen usque ad eandem horam sani capitis et integri sensus extiterit. Non enim quod quidam indigne expetunt, sub qualibet occasione cuiquam est danda recedendi licentia, ne ordo et disciplina canonica in contemptum [c]) ueniat, dum aspicitur in indignis habitus CANONICUS; et *ita* sicut a corde professionem abiecerunt, sic a corpore professionis insignia deponere coguntur, nec ulli omnino pro sua quantalibet inportunitate indulgeatur REGREDIENDI licentia.

[CAP. 11] *Hec itaque sunt que propter uigorem ordinis conseruanda in construendis abbaciis uolumus obseruari, scilicet* non mittendum esse abbatem nouum in locum nouellum sine clericis ad minus XII, nec sine libris istis, salterio, himnario, collectaneo, antiphonario, graduali, regula, missali, nec nisi prius instructis his officinis, oratorio, dormitorio, *refectorio*, cella hospitum, portarii [a]), quatinus ibi statim Deo seruire et regulariter uiuere possint, nec ullum locum accipiemus ad abbatiam faciendam, nisi habeamus *quadraginta* clericos et quotiens conuentus ad abbaciam faciendam emittitur, si quis eorum qui emissi fuerint, siue clericus, siue laicus, ad matricem ecclesiam, de qua exiuit, sine abbatis cum quo exiuit beniuolentia, contumax et inobediens reuerti uoluerit, abbas, ad quem confugerit sub spe consolationis, per XV dies, ut inobedientem, extra conuentum, in quo uoluerit loco [b]), eum retineat. Si autem in hoc perseuerans, redire noluerit [c]), excom-

[d]) discrecio] *PMi leg.* dicrescio.

[e]) eum] *PMi leg.* enim.

[f]) conuersationem] *PMi leg.* conuersionem; *PM* conuersationem.

[CAP. 10] [a]) quia subuersus est] *PMi leg.* subuersus est quia; *PW, PM, PL* quia subuersus est.

[b]) eiusmodi] *PMi leg.* huiusmodi; *PW, PM, PL* eiusmodi.

[c]) contemptum] *PMi, PM leg.* contentum; *PW, PL* contemptum.

[CAP. 11] [a]) portarii] *PMi leg.* portari; *PW, PM, PL* portarii.

[b]) loco] *PMi leg.* locum.

[c]) noluerit] *PMi leg.* uoluerit; *PW, PM, PL* noluerit.

municatum eiciat. In aliis autem abbaciis de quibus non exiit, comperta eius PERTINATIA, nisi sola nocte, non retineatur. Fratres uero emissi emittenti abbati nulla penitus occasione reddantur. Nec licebit fratres nostros ecclesiis alterius ordinis acomodare, nisi nostrum ordinem tenere *uelint. Pueri non recipiantur nisi XV annorum fuerint.* SED SI UTILITAS ET NECESSITAS REI POPOSCERIT, POTERUNT ABSQUE HABITU TENERI AD CURIAS.

[CAP. 12] Nemo nostrum quemquam ad conuersionem ire uolentem ad aliquam ecclesiarum nostrarum dehortetur aut sibi atrahat; sed nec, si mutato proposito sponte remanere uoluerit, retineat, si prius abbati illius loci se ad eum uenturum per se aut per nuntium promiserit. At ubi ad locum destinatum peruenerit, si priusquam probandus suscipiatur propositi penituerit, egressum recipiat qui uoluerit.

[CAP. 13] In toto aduentu, exceptis dominicis diebus et festis IX lectionum et in secunda et tertia feria ante Caput Ieiunii et in ieiuniis quatuor temporum, Septembri et Decembri et uigilia Ascensionis et Pentecostes, sanctorum Iohannis Baptiste, Petri et Pauli, Iacobi, Laurentii, Asumptionis sancte Marie, Bertholomei ET Mathei, Simonis et Iude, Omnium Sanctorum, Andree apostoli et in omnibus sextis feriis nisi DUPLEX FESTUM ea die euenerit, quadragesimali cibo utimur.

[CAP. 14] DE IEIUNIO [a]) LAICORUM FRATRUM. QUID EIS ADDISCERE LICEAT. DE ORATIONIBUS [b]) EORUM. QUOMODO SURGANT AD MATUTINAS. QUOMODO CONUENIANT AD REFECTIONEM. QUAS OFFICINAS INGREDI LICEAT. IN QUIBUS LOCIS CONTINUUM OBSERUETUR SILENTIUM. DE COMMUNI AUDITORIO. DE HIS QUI EXTRA LABORANT. QUOMODO RESPONDEANT TRANSEUNTIBUS. DE PREPONENDO FRATRE IN SINGULIS OFFICIIS. UT PRELATI OFFICIORUM SUBIECTIS SUIS NECESSARIA PROUIDEANT. UT QUI A MAGISTRO REPREHENDITUR, CONTINUO UENIAM PETAT. QUOMODO EMENDENTUR CULPE IN CURIIS. NE FRATER SINE LICENTIA DE CURIA UADAT. DE DIRECTIS IN UIA. DE NOUICIIS. NE MULIERES MOLENDINAM UEL CURIAS NOSTRAS INGREDIANTUR. QUOMODO INSTITUTIONES RECITENTUR [c]) FRATRIBUS.

[CAP. 15] CAPITULUM PRIMUM. INCIPIUNT INSTITUTIONES DE ORDINE FRATRUM LAICORUM. DE ieiunio FRATRUM laicorum.

Laici conuersi ieiunabunt *a festo sancte Crucis usque ad* QUADRAGESIMAM OMNI SEXTA FERIA, NISI NATALIS DOMINI OCURERIT IN EA. ET a festo sancti Martini usque ad NATIUITATEM COTIDIE *exceptis dominicis diebus.* Considerare tamen oportet qualitatem laboris singulorum, grauioris uel leuioris et secundum hoc ieiunium eorum disponere in prelatorum [a]) erit discretione.

[CAP. 16] Credo in Deum, Pater noster, Miserere mei Deus, et benedictionem cibi **et potus** laicis fratribus addiscere licebit. Libelli uero **nulli** permittantur eis. ANTE **matutinas dicent** SEMEL **Credo in Deum et Pater noster. Deinde pro**

[CAP. 14] [a]) ieiunio] *PMi leg.* iunio.
[b]) orationibus] *PMi om. abbrev.*
[c]) recitentur] *PMi leg.* reortentur.
[CAP. 15] [a]) prelatorum] *PMi leg.* prelatum; *PW, CA* abbatum.

matutinis DICENT **Pater noster** VIGIES QUINQUIES; **ad primam VII,** SIMILITER **ad tertiam, sextam et nonam; ad uesperas** QUINQUIES DECIES; **ad completorium VII; post completorium dicent semel Credo in Deum, Pater noster.** In [a]) loco ubi frater ET soror moritur EIUSDEM ECCLESIE FRATRES intra tricenarium DICENT PRO EO QUIGESIES Pater noster.

[CAP. 17] Ad matutinas signum [a]) consuetum fiat. Quo audito omnes surgant nisi per licentiam pro infirmitate siue fatigatione uie uel laboris ALIQUI REMANEANT. Et qui in abbatia manent, simul et ordinate ad monasterium uadant preter ILLOS qui deputati fuerint ad officinas custodiendas. Qui autem in curia, ascenso lumine, in determinato loco conueniant et completa oratione ad signum magistri recedant.

[CAP. 18] Hora refectionis ille qui preest in ministris secundum consuetudinem signum faciat et in abbatia et in curia singulis diebus. Quo audito omnes conueniant et lotis manibus in loco determinato sedeant, donec iterum signum introeundi faciat [a]), et tunc ingredientes, secundum ordinem quo semel dispositi fuerint a magistro conuentus, sedeant. Hac ora qui defuerit nisi ex precepto et nisi iustam CAUSAM magistro ministrorum dixerit, non ei aliud detur quam communis conuentus habuerit et inde ueniam petens uel clamatus ad coreptionem se preparet.

[CAP. 19] In dormitorium et in domum ubi ad ignem conueniunt, licebit omnibus intrare quotiens necesse fuerit, et in refectorium solis ministris qui ad preparandum uel ad ministrandum deputati SUNT, ceteris fratribus hora tantum communis, nisi infirmi uel in uia dirigendi, uel alia necessaria ocupatione detenti, ex precepto ante uel POSTEA comedant, et tunc ad nutum magistri ministrorum ingrediantur, et ubi [a]) ille innuerit sedeant. Ceteras officinas continuo silentio deputatas [b]) absque licentia nemo ingrediatur, preter illos qui addicti sunt singularum [c]) officiis; neque in domibus hospitum.

[CAP. 20] Fratres conuersi siue in curiis siue in abbatia demorantes [a]) habeant terminata loca ad continuum silentium, scilicet domum ubi ad ignem conueniant, dormitorium, refectorium, cellarium, coquinam, pistrinum [b]), cambam, infirmitorium, domum portarii, operatoria [c]) pellificum, textorum, sutorum, fabrorum, domum ad faciendos caseos, ouile in eis horis quibus mulgent oues, stabulas uaccarum [d]) quando mulgent eas, et si tot uel plura uel pauciora habeantur alia loca huiusmodi. In hiis locis nemo loquatur. IDEO FRATRES NECESSARIA SIGNA HABEANT, QUIBUS INUICEM SIGNIFICENT QUANTUM instans negotium EXIGIT. HABEANTUR

[CAP. 16] [a]) In ... noster] = *PW 62, pp. 59-60, 35r-v.*
[CAP. 17] [a]) signum] *PMi leg.* singnum.
[CAP. 18] [a]) introeundi faciat] *PMi leg.* intereundi fiat; *PW, CA* introeundi faciat.
[CAP. 19] [a]) ubi] *PMi leg.* ut; *PW, CA* ubi.
[b]) deputatas] *PMi leg.* deputatis.
[c]) singularum] *PMi, CA leg.* singularum; *PW* singulorum.
[CAP. 20] [a]) demorantes] *PMi leg.* demorentes; *PW* demorentur.
[b]) pistrinum] *PMi leg.* pristinum.
[c]) operatoria] *PMi leg.* qratorio (!); *PW* operatoria.
[d]) uaccarum] *PMi leg.* uictarum; *PW* uaccarum.

INTRA OFFICINAS ISTAS UEL EXTRA IN UICINO LOCA DETERMINATA UBI MAGISTRI LOQUANTUR CUM FRATRIBUS SUIS DE NECESSARIIS INSTANTIS [e] OPERIS, TANTUM QUE SIGNIFICARE NON POTERUNT BREUITER ET STANDO. ALIA AUTEM EIS IBI NON LICEBIT LOQUI.

[CAP. 21] PRETEREA determinetur certus auditorii locus iuxta domum ubi frequentius fratres conueniant, ubi ordinate de suis necessitatibus eis respondeatur et disponatur.

[CAP. 22] Fratres qui in uicinia [a] abbacie siue alicuius curie [b] SUNT, exterrioribus laboribus deseruiunt, ut [c] carpentarii [d], pastores, carucarii, si uiatores eis salutauerint, qui preest illos resalutet, ceteri acclinent cum silentio. Si de uia quesierint, qui prefuerit [e] si uiam sciat, extenta manu duobus aut tribus uerbis insinuet aut quanto paucioribus potest. SI AMPLIUS ALIUNDE QUERANT, DICAT « PLUS MIHI LOQUI NON LICET ».

[CAP. 23] In QUOCUMQUE officio duo fratres habentur UEL plures; unus preponatur qui sollicitus sit de dispositione operis et de ammonendis fratribus, cum quo loquantur sui fratres absque licentia, quantum exigit necessitas sui negotii, et quod per se IMPLERE nequiuerint, ipse requirat a prouisore qui ei preest; sicut magister pellificum et alii huiusmodi a uestiario, magister pistrine et cambe a celerario et qui in curiis preest in carruca ET IN custodiendis ouibus SIUE armentis a prouisore curie. De cetero qui loquitur absque licentia sui non debet loqui, siue ubi non debet aut unde [a] non debet, clamatus in capitulo uel ueniam petens, ad correptionem se preparet, ET UNA DIE IN PANE ET AQUA IEIUNET.

[CAP. 24] Prouisores curiarum uestes suis fratribus necessarias a uestiario requirant et acceptas ab illo pro facultate rerum et uestiarii consilio illis distribuant. Similiter in abbacia ubi plures fratres eiusdem officii sub uno magistro deseruiunt, magister eorum a uestiario requirat uestes illis necessarias. Nec uestiarius absque noticia magistrorum aliquid ILLIS distribuat, et cui dantur noue, ueteres reddat.

[CAP. 25] ET ubicumque magister discipulum de presenti culpa reprehenderit, ille statim ueniam petat.

[CAP. 26] In curiis ubi fratres sepius non uisitantur ab abbate uel **priore** siue prouisore sacerdote, singulis septimanis fratres conueniant coram prouisore uniuscuiusque curie etiam [a] laico certa die QUANDO omnes possunt interesse. Et si quis

[e] instantis] *PMi leg.* instantes.
[CAP. 22] [a] uicinia] *PMi leg.* uicina; *PW* uicinia.
[b] siue alicuius curie] *PMi bis repetit.*
[c] ut] *PMi leg.* Ubi, *incipiens alterum capitulum*; *PW* ut.
[d] carpentarii] *PMi leg.* capentarii.
[e] qui prefuerit] *PMi leg.* quis fuerint; *PW* qui prefuerit.
[CAP. 23] [a] unde] *PMi leg.* unum; *PW* unde.
[CAP. 26] [a] etiam] *PMi leg.* et; *PW*, *PL* etiam.

in preterita septimana publice scandalum fecerit, coram omnibus ueniam petat, et secundum modum conscriptarum penitentiarum satisfaciat. Sic emendatis singulis, pro penitentia que singulis septimanis imponitur commorantibus in abbacia, ad confessionem suam communiter accipiant coreptionem [b]) a magistro et magister ab uno eorum. QUARE si quis contumax fuerit, ad commedendum panem et aquam tantum proponatur ei, donec satisfecerit.

[CAP. 27] Fratres qui in curia morantur absque beniuolentia prouisoris sui non eant ad abbaciam. Quod si institutionis preuaricator et contemptor sui magistri perrexerit, si cognitum fuerit in abbatia eum sic uenisse ET eadem die redire potuerit, non commedat uel bibat donec ad curiam reuersus satisfaciat. Si uero remotior SIT curia, UBI eadem die redire non possit, modico sustentetur pane et aqua, ne deficiat, et alia ei non impendatur necessitas.

[CAP. 28] Fratres egredientes ad missam silentium teneant SICUT IN ORDINE CLERICORUM SCRIPTUM EST. Super culcitras non iaceant. Missi [a]) UERO ad loca portario UEL per portarium abbati uel PRIORI tantum loquantur ET in quacumque abbacia nostri ordinis uenerint per omnia sicut in suo monasterio ordinem suum teneant. Quod si abbate cum suo uenerint, quod eis preceperit faciant.

[CAP. 29] NOUICII CONUERSI in quacumque domo uel officio ponuntur, illum magistrum habeant qui illi domui preerit. PER OMNIA ET UBICUMQUE CUM PROFESSIS ORDINEM TENEANT, ad emendationem TANTUM culparum cum professis non remaneant. Quicumque in probatione moriuntur, de eis sicut de professis fiat. Si uero contigerit ut aliquis coniugali nexu ligatus, fratribus hoc ignorantibus, suscipiatur, dum cognitum fuerit eicietur. Quod si postea sigillum episcopi sui uel certum testem adduxerit quod uxor eius castitatem uouens illum absoluerit, recipi poterit probationem denuo peracturus.

[CAP. 30] Mulieres in molendina nostra QUE FRATRES CUSTODIUNT non ingrediantur. Et si importuna uiolentia annonam suam afferant, non eis molatur. SIMILITER IN CURIAS NOSTRAS NISI UBI SORORES MANENT NON INGREDIANTUR, UEL MATURE ALIQUE PRO FAMILIARITATE SUI BENEFICII CUM DUABUS SOCIABUS, CUM QUIBUS ALIQUA SUSPICIO NEQUEAT HABERI.

[CAP. 31] INSTITUTIONES CONUERSORUM SINGULIS MENSIBUS IN CAPITULO ABBATIE INTERPRETENTUR EIS. PROUISOR AUTEM CURIARUM, SACERDOS SIUE CLERICUS, CONSCRIPTAS AD INTERPRETANDUM IN CURIIS EAS SECUM DEFERAT, ET SI NON SINGULIS MENSIBUS UISITET CURIAS, QUAMTOTIUS POST MENSEM ILLUC UENERIT, INTERPRETARI NON NEGLIGAT ET SECUNDUM [a]) ORDINEM IN DISTRICIONEM INSTITUTIONUM IBI CULPAS EMENDET.

[CAP. 32] Minucio in discretione abbatis uel *prioris* sit. Minuti igitur prima die post recentem minucionem *in refectorio commedant. De refectorio eant in dormitorium*

[b]) accipiant] *PMi om.*; *PW*, *PL* accipiant.
[CAP. 28] [a]) Missi ... loquantur] = *PW 50, p. 48, 29v.*
[CAP. 31] [a]) secundum] *PMi leg.* in et secundum; *CA* secundum.

unusquisque ad lectum suum et ibi pausent cum deputanda custodia ad deuitandam dormitionem. Ad laudes surgentes dicant matutinas et postea AD ceteras [a]) horas, in capitulo uel in ecclesia et ante completorium cenent, ut ante alios uel cum aliis in dormitorium eant. In tercia die eant ad capitulum; cenati uero ad completorium ET AD MATUTINAS. *Quarta die* QUI OPUS HABUERINT SUMANT MISTUM. POSTEA INTERSINT COMMUNI REFECTIONI ET cum conuentu COMMEDANT.

SCIENDUM QUOD QUATER IN ANNO COMMUNITER TANTUM MINUI LICEBIT, IN SEPTEMBRO, FEBRUARIO, APRILI UEL MAIO. *Qui uero de uentosis uel garsis minui uoluerint* [b]), *ante cenam minuuntur. In uesperis* [c]) *et matutinis pausabunt. De cetero conuentum tenentes preter ad refectionem, in qua* [d]) *aliquid per misericordiam adici debebit.* INTER DUAS MINUCIONES PER UENAM, NON PLUS QUAM UNA PER UENTOSAM FIET.

[CAP. 33] NULLI CLERICORUM UEL LAICORUM FRATRUM [a]) LICEAT FRATRES CLERICOS UEL LAICOS CONGREGARE, CONGREGATOS AD PRESENTIAM PRELATI QUACUMQUE DE CAUSA ABSQUE LICENTIA ET UOLUNTATE IPSIUS SIUE IN ABBACIA SIUE EXTRA ABBACIAM ADDUCERE. QUI AUTEM HUIUS INSTITUTIONIS TRANGRESSOR EXTITERIT, CONSPIRATORUM [b]) PENE SUBIACEBIT.

[CAP. 34] *Quoniam instant tempora periculosa et ecclesiae supra modum grauantur, communi consilio capituli statuimus ut amodo nullam sororem recipiamus. Si quis autem huius statuti transgressor extiterit, abbacia sua sine misericordia priuetur.*

[CAP. 35] *Nulli ordinis nostri liceat infantem in baptismo leuare, nisi presente et precipiente* PRELATO.

[CAP. 36] *Signa necessaria tenebimus.*

[CAP. 37] *Statutum est ut* QUISQUIS *parentibus suis* UEL EXTRANEIS *proclamationes* UEL *querimonias fecerit, et per eum uel pro eo* AUT SCANDALUM AUT *dampnum* [a]) *abbacie illatum fuerit, aut aliquis fratrum percusus fuerit, ad* [b]) *aliam abbatiam cum penitentia ab*) PRELATO *suo* SIBI *iniuncta mittatur, nec ultra redeat ad propriam abbatiam nisi capituli generalis assensu.*

[CAP. 38] *Si quis* ETIAM *fratrum* PER MALITIAM ALIQUID DAMPNI PER INCENDIUM FECERIT, TRES DIES PER EBDOMADAM [a]) *in pane et aqua* IN *alia abbacia ieiunabit,* DONEC PER *generale capitulum* STATUTUM FUERIT QUID DE EO FIERI DEBEAT.

[CAP. 32] [a]) ceteras] *PMi leg.* certas; *PW, PM, PL* ceteras.
[b]) uoluerint] *PMi leg.* uoluerit; *PM, PL* uoluerint.
[c]) uesperis] *PM (ed.) leg.* quinta.
[d]) qua] *PMi leg.* quo; *PM, PL* qua.
[CAP. 33] [a]) fratrum] *PMi leg.* fratribus.
[b]) conspiratorum] *PMi leg.* conspuatorum.
[CAP. 37] [a]) aut dampnum] *PMi leg.* dampnatium aut; *PM* aut dampnum.
[b]) ad] *PMi leg.* aut; *PM* ad.
[CAP. 38] [a]) ebdomadam] *PMi leg.* ebdomodam.

[Cap. 39] Qui infra septa monasterii sunt eisdem generaliter cibis, eisdem horis sicut canonici uescantur, et qui indiguerint bis refici, tam clerici quam laici, mane mistum sumant, panem et potum tantum. Qui uero in grangiis manent, bis reficiantur exceptis diebus consueti et debiti ieiunii, et de hiis que habent in domibus suis sumant ad nutum prelati sui; alia uero foris emere non presumant nisi in aduentu prelati sui aut alicuius extranee et autentice persone.

[Cap. 40]. Item excommunicatio propter proprietatem uel incendium uel conspirationem semel in anno fit, cum oportunum fuerit; proprietatem autem dicimus, quod habetur contra uetitum uel absque debita licentia. Quod si quis **in proprietate mortuus inuentus fuerit, extra atrium ponatur et officio** christianorum **careat.**

[Cap. 41] Si quis uero nostri ordinis prelatus uel subditus de fratribus nostri ordinis ritmis uel uersibus uel literis maliciose et contumeliose scripserit uel scribi fecerit, si conuictus fuerit, hanc penam sustinebit ut ultimus sit in omni conuentu ubi ordo seruatur, officio suo non fungatur, in omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, totiens correptionem accipiet; et de hiis non fiat eis ex toto remissio nisi consilio generalis capituli.

[Cap. 42] **Priores** uel **subpriores quorum tempore dissensio contra** prelatum **in domo sua orta fuerit,** ubi **participes fuerint, aut dissensioni non restiterint,** neuter **in domo remanebit set ibunt ubi** prelatus eis prouiderit.

[Cap. 43] Fratres nostri mendici [a]) non circaeant prouincias mendicando questu pecunie.

[Cap. 44] Priores et subpriores strictissime se agant circa conuentum custodiendum, nec alicubi diuertant, nisi pro ineffabili necessitate. *Si* uero *negligentes inuenti fuerint de imponenda penitencia* [a]) *hiis qui* in aliquo offenderint, *hanc penam sustinebunt, ut in toto anno sextis feriis absque remissione, nisi duplex festum fuerit, in pane et aqua ieiunent.*

[Cap. 45] Cum [a]) fratres foras conuenerint [b]), non loquantur simul, sed unus dicat « Benedicite » et respondeatur « Dominus » et sic recedant.

[Cap. 46] Prouisum est ne fratres a festo sancti Andree usque Pascha parentes suos uisitent, nisi iubente prelato.

[Cap. 47] Quoniam statutum est tam de prelatis quam de canonicis, quod ad prandium suum silentium non consueuerunt tenere secundum statuta

[Cap. 43] [a]) mendici] *PMi* medici.
[Cap. 44] [a]) penitencia] *PM* (*ms.*) *supra lin.*
[Cap. 45] [a]) Cum] *PMi leg.* Cum.
[b]) conuenerint] *PMi leg.* conniuerint.

ORDINIS, DENUO FIRMITER STATUTUM EST UT TAM PRELATI QUAM CANONICI AD MENSAM SILENTIUM TENEANT, ET PRELATI, SIUE IN REFECTORIO SIUE EXTRA COMMEDERINT, LECTIONEM AUDIANT ET SILENTIUM SUUM TENEANT, ET TAM PRELATI SUPERUENIENTES QUAM PRELATI DE DOMO POST PRIMUM DIEM IN REFECTORIO COMMEDANT.

[CAP. 48] ITEM STATUTUM EST UT ULTERIUS NULLUS CONUERSUS POST TRANSACTUM ANNUM PROBACIONIS SUE AUT INFRA CANONICUS FIAT, SED SI OPUS FUERIT INICIO CONUERSIONIS SUE AUT INFRA ANNUM FIERI POSSUNT CANONICI. SIN AUTEM OMNINO ABSQUE BENEDICTIONE CORONE PERMANEANT.

[CAP. 49] DE IEIUNIO STATUTUM EST UT IRREFRAGABILITER AB OMNIBUS TENEATUR TAM A PRELATIS QUAM A SUBDITIS SIUE DOMI SIUE IN UIA DIRECTI FUERINT, NISI QUEM INFIRMITAS CORPORIS IMPEDIERIT, ET NEQUE SACERDOTES NEQUE DIACONI, NISI COGENTE INFIRMITATE, SUMANT MISTUM. DIACONI UERO NEC SUBDIACONI NISI POST MAGNAM HUIUSMODI ABSTINENTIAM, NON SUNT ALIQUATENUS PROMOUENDI, ET HOC EIS ETIAM PRIUS INTIMARI DEBET. A festo sancte Crucis usque ad Pascha continuum tenebimus ieiunium et post nonam commedemus, exceptis dominicis diebus *et Die Natiuitatis Domini* ET FESTIS PRECIPUIS ET FESTIS NOUEM LECTIONUM. A Pascha UERO usque ad *festum sancte Crucis* reficiantur bis fratres, excepto letania maiore et diebus rogationum et uigilia Pentecostes et ieiuniis IIII^{or} temporum, *uigiliis* SANCTI *Iohannis Baptiste, Petri et Pauli, Iacobi, Laurentii, Assumptionis sancte Marie, Bartholomei* ET PLURIBUS ALIIS FESTIS PRECIPUIS.

La réalité historique de cette incorporation de Jésus au genre humain ne pourrait être mise en doute. Jésus de Nazareth, vrai Dieu, s'est fait vraiment homme comme les autres. Le corps de Jésus était bien réel.

Il ne faut pas comparer le corps que Marie Lui a donné à celui de la colombe que Jean-Baptiste a vue à l'occasion du baptême de Jésus.

> « Nec eos audiamus, qui tale corpus Dominum nostrum habuisse dicunt, quale apparuit in columba quam vidit Ioannes Baptista descendentem de coelo et manentem super eum in signo Spiritus sancti. Ita enim persuadere conantur Filium Dei natum non esse de femina: quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi, potuit, inquiunt, sic assumere corpus quomodo Spiritus sanctus. Non enim et columba illa de ovo nata est, aiunt; et tamen humanis oculis potuit apparere. Quibus primum illud respondendum est, quod ibi legimus in specie columbae apparuisse Ioanni Spiritum sanctum (Matt. 3, 16), ubi legimus etiam Christum natum esse de femina (*Id.* I, 20, 25); et non oportet in parte credere Evangelio, et in parte non credere. Unde enim credis in columbae specie demonstratum esse Spiritum sanctum, nisi quia in Evangelio legisti? Ergo et ego inde credo Christum natum de virgine esse, quia in Evangelio legi. Quare autem Spiritus sanctus non est natus de columba, quemadmodum Christus de femina, illa causa est, quia non columbas liberare venerat Spiritus sanctus, sed hominibus significare innocentiam et amorem spiritualem, quod in columbae specie visibiliter figuratum est » [97]).

[96]) *Sermo 51.* PL 38, 338.

[97]) *De Agone christiano*, c. XXII, n. 24. PL 40, 302-303. Cf. P. Friedrich, *Die Mariologie des Hl. Augustinus.* Köln 1907, pp. 61 et 132-133.

Dieu a voulu sauver les deux sexes, hommes et femmes. Dans ce but, il est devenu vrai homme en naissant d'une vraie femme, Marie.

> « Dominus autem Iesus Christus, qui venerat ad homines liberandos, in quibus et mares et feminae pertinent ad salutem, nec mares fastidivit, quia marem suscepit; nec feminas, quia de femina natus est. Huc accedit magnum sacramentum, ut quoniam per feminam nobis mors acciderat, vita nobis per feminam nasceretur : ut de utraque natura, id est feminina et masculina, victus diabolus cruciaretur, quoniam de ambarum subversione laetabatur; cui parum fuerat ad poenam si ambae naturae in nobis liberarentur, nisi etiam per ambas liberaremur » [98]).

Dieu n'a pas voulu tromper les hommes par les seules apparences ! Lui, le Créateur tout puissant, ne se laisse pas réduire à nos mesquineries humaines !

> « Neque hoc ita dicimus, ut Dominum Iesum Christum dicamus solum verum corpus habuisse, Spiritum sanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum : sed ambo illa corpora, vera corpora credimus. Sicut enim non oportebat ut homines falleret Filius Dei, sic non decebat ut homines falleret Spiritus sanctus : sed omnipotenti Deo, qui universam creaturam de nihilo fabricavit, non erat difficile verum corpus columbae sine aliarum columbarum ministerio figurare, sicut ei non fuit difficile verum corpus in utero Mariae sine virili semine fabricare; cum natura corporea et in visceribus feminae ad formandum hominem, et in ipso mundo ad formandam columbam imperio Domini voluntatique serviret. Sed stulti homines, et miseri, quod aut ipsi facere non possunt, aut in vita sua nunquam viderunt, etiam ab omnipotente Deo fieri potuisse non credunt » [99]).

III. *Soucis exégétiques d'Augustin*

Dieu s'est fait homme, d'une manière surnaturelle, en se servant de la Vierge Marie, voilà l'essentiel du dogme de la maternité divine. Augustin l'admet pleinement et le développe avec beaucoup d'éloquence et même de poésie, comme nous verrons par la suite.

En exégète averti, il cherche un éclaircissement de cette vérité de foi dans la Bible. Il se souvient trop bien des objections manichéennes !

[98]) *De Agone christiano*, c. XXII, n. 24. PL 40, 303.

[99]) *Ib.*, c. XXII, n. 24. PL 40, 303. Augustin avertit cependant que la condition réellement humaine de Jésus, qui s'est avant tout manifestée dans sa passion, ne contrarie pas sa divinité (cf. *Ib.*, c. XXIII, n. 25. PL 40, 303).

1. *La généalogie du premier évangile* l'intrigue visiblement. Pourquoi s'arrête-t-elle à Joseph? Le problème est posé sans ambages:

> « Quid ergo iam moveat sancti evangelii sectatorem, quod sine concubitu Ioseph Christus natus ex virgine filius tamen David appellatur, cum generationum seriem non usque ad Mariam, sed usque ad Ioseph Matthaeus evangelista perducat » [100]) ?

Augustin nie catégoriquement que cette manière de présenter les origines humaines de Jésus impliquerait de la part de l'évangéliste une négation de la maternité virginale de Marie. Tout s'explique pour le mieux par la dignité inhérente au sexe masculin de Joseph, même à l'exclusion des intimités conjugales. L'évangéliste attribue lui-même la maternité de Marie au Saint-Esprit.

> « Primo quia mariti eius fuerat propter virilem sexum potius honoranda persona; neque enim quia concubitu non permixtus ideo non maritus, cum ipse Matthaeus narret ab angelo Mariam coniugem ipsius appellatam, qui narrat, quod non ipsius concubitu, sed de Spiritu sancto conceperat » [101]).

Matthieu et Luc concordent entre eux lorsqu'ils traitent Marie et Joseph comme des époux. Ils l'étaient en effet par leurs sentiments affectueux réciproques et aussi sans doute par leurs épousailles. Ainsi point n'était besoin de biffer Joseph de la généalogie du Christ, malgré la virginité de Marie.

> « Cogitare enim deberamus fieri potuisse, ut ambo (scil. Lc. et Matt.) vera dicerent, ut et Ioseph maritus Mariae diceretur habens eam coniugem continenter non concubitu, sed adfectu, non commixtione corporum, sed copulatione, quod est carius, animorum, et ideo non debuisse virum virginis matris Christi separari a serie parentum Christi, et ipsam Mariam aliquam de stirpe David venam sanguinis ducere, ut caro Christi etiam ex virgine procreata sine David semine esse non posset » [102]).

D'ailleurs, l'expression « ut putabatur filius Ioseph » témoigne de la conviction de l'évangéliste à propos de la virginité de Marie. Il a employé ce langage à l'intention de ceux qui ignoraient les circonstances concrètes de la naissance de Jésus.

[100]) *Contra Faustum*, XXIII, 8. CSEL 25, 713. PL 42, 470.

[101]) *Ib.*, Les Manichéens, admettant implicitement la réfutation que leur donne le texte de l'évangéliste, évitent la défaite en disant que Matthieu n'a pas écrit cela (*Ib.*).

[102]) *Ib.* Cf. M. Frua, *L'Immacolata Concezione e S. Agostino*. Saluzzo 1960, pp. 102-103.

« Cum igitur ipse narret (scil. Lucas) non ex concubitu Ioseph, sed ex Maria virgine natum Christum, unde eum (scil. Ioseph) patrem eius appellat, nisi quia et virum Mariae recte intellegimus sine commixtione carnis ipsa copulatione coniugii et ab hoc etiam Christi patrem multo coniunctius, qui ex eius coniuge natus sit, quam si ei esset aliunde adoptatus ? Unde manifestum est illud, quod ait : « sicut putabatur, filius Ioseph », propter illos dixisse, qui eum ex Ioseph, sicut alii homines nascuntur, natum arbitrabantur » [103]).

2. *Luc et Matthieu se contredisent-ils après la généalogie ?*

En effet, Matthieu continue alors avec d'autres récits que Luc. Il s'ensuit, que le récit des détails de la génération de Jésus (« quemadmodum factum sit ») se trouve uniquement chez Luc. Mais Matthieu n'a-t-il pas résumé le thème de Luc dans la seule phrase : « Elle s'est trouvée avoir conçu du Saint-Esprit » [104]) ?

« Post enumeratas generationes Matthaeus ita sequitur : (citation de Matt. 1, 18). Hoc quemadmodum factum sit, quod hic praetermisit, Lucas exposuit post commemoratum conceptum Iohannis ita narrans : (citation de Luc 1, 26-35), et cetera quae ad id quod nunc agitur non pertinent. Hoc ergo Matthaeus commemoravit dicens de Maria : 'inventa est in utero habens de Spiritu sancto' » [105]).

Il n'y a donc point de divergence de vues entre les deux évangélistes, habitués qu'ils sont à se compléter dans les détails :

« nec contrarium est quia Lucas exposuit id quod Matthaeus praetermisit, cum de spiritu sancto Mariam concepisse uterque testetur, sicut non est contrarium quia Matthaeus deinceps connectit quod Lucas praetermittit. Sequitur enim et dicit Matthaeus : (citation de Matt. 1, 19-25) » [106]).

[103]) *De Consensu Evangelistarum*, liber II, c. I, n. 3. CSEL 43, 83-84. PL 34, 1072. Cf. P. Friedrich, *o. c.*, p. 61.

[104]) Mt. 1, 18. Cf. *De Trinitate*, liber XIII, n. 23. PL 42, 849.

[105]) *De Consensu Evangelistarum*, liber II, c. V, n. 14. CSEL 43, 95. PL 34, 1077.

[106]) *Ib.*, CSEL 43, 95-96. PL 34, 1077-1078.

E. De Roover, O. Praem.

Abdijstraat 1, Averbode (België).

(*A suivre*).

De cura paroeciarum a Praemonstratensibus exercenda animadversiones historico-canonicae quaedam

Quod decursu saeculorum apud Praemonstratenses in usu erat, clare enuntiatur in *Statutis* Ordinis anni 1630 [1]), dist. II, cap. de Pastoribus, cap. XXIII, ubi, veluti principium, istud proclamatur : « Cum, pro lucro animarum, ad Pastorales curas, cum speciali approbatione Sedis Apostolicae, Religiosos suos Ordo noster emittat, adlaborent omnes Praelati, ut in concredito sibi grege semper habeant et vitae et morum disciplina bene excultos et doctrina praestantes, quos ad vineam Domini colendam cum fructu, et sine animarum tum propriarum tum ipsis committendarum dispendio, emittere queant ». Hac ratione, legislatio Ordinis temporibus modernis in Statutis Ordinis retinet et vindicat usum practice ab incunabilis Ordinis existentem [2]).

Quod ratione dicta in Statutis anni 1630 enuntiatur fuse vindicatur

[1]) *Statuta Candidi et Canonici Ordinis Praemonstratensis.* Averbodii, 1898. p. 132 s.

[2]) Recte scribit Pl. Lefèvre, *L'abbaye Norbertine d'Averbode pendant l'époque moderne.* Louvain, 1924, p. 183 : « Non contente de promouvoir la sanctification prrsonnelle de ces membres, la vie canoniale veut participer à l'édification des fidèles par l'exercice de la prédication et du ministère des âmes. La famille norbertine elle aussi travailla, dès son apparition, à réaliser ce programme. Son fondateur en avait donné l'exemple; prédicateur infatigable, il parcourait les villes et les campagnes pour répandre partout la parole évangélique. Dans sa pensée, les monastères de son Ordre devaient devenir les foyers de rénovation chrétienne. Cette idée du patriarche des prémontrés devint particulièrement féconde depuis le moment où l'Ordre, rompant avec une étroitesse de vue primitive, confia à ses membres la direction des paroisses rurales, mêmes éloignées des monastères ».

a Ioh. LEPAIGE, *Bibliotheca Praemonstratensis Ordinis*, Parisiis, 1633, pp. 197-203. Quod in hac sectione sui operis Lepaige exponere intendit, ita ab ipso exhibetur in inscriptione sectionis : « Quod Canonici regulares sine speciali dispensatione Sedis Apostolicae, cum sola licentia suorum Superiorum Regularium, possint beneficia saecularia etiam in titulum obtinere ».

Quod ita tum a legislatione Ordinis, tum ab auctore Bibliothecae Ordinis proponitur, nititur variis indultis pontificiis. Quorum solummodo praecipua indicamus. Consulto seligimus indulta, quorum textus referuntur a LEPAIGE, l.c.

Clemens III, anno 1188, bulla « Religiosam vitam eligentibus », calend. Aprilis 1188. In qua bulla, haec, praeter alia, edicuntur : « In parochialibus Ecclesiis quas habetis, liceat vobis quatuor vel tres de Canonicis vestris ponere, quorum unum Dioecesano Episcopo praesentetis, qui ei de spiritualibus, vobis autem de temporalibus et de Ordinis observantia respondeat. Inhibemus etiam, ne Ecclesias aut terras seu aliquod beneficium Ecclesiae vestrae collatum, liceat alicui personaliter dari, sive aliquo modo alienari sine consensu totius Capituli, sive maioris et sanioris partis eiusdem » (LEPAIGE, l.c., p. 642).

Urbanus IV, anno 1262, bulla « Quia igitur vos religiose vivere », octavo Idus Decembris. In hac bulla, Ordinis Praemonstratensis Superioribus concessa, haec inter alia edicuntur : « Canonici vestri, ex nostra speciali indulgentia, possunt Ecclesias parochiales habentes curam animarum impetrare, et impetratas per vestram officiare indulgentiam » (l.c., p. 688).

Iterum, Benedictus XIV, die 1 septembris 1750, bulla « Oneroso Sacri Apostolatus ministerio », Canonicis Praemonstratensibus licentiam modo indicatam proponit ac concedit. Bulla haec impressa fuit, Romae, in Typographia Rev. Camerae Apostolicae, anno 1750. In inscriptione bullae impressae clare contentum bullae exhibetur. Hac quidem ratione :

« Sanctissimi Domini nostri Domini Benedicti, Divina providentia Papae XIV. Constitutio, qua Canonicis Regularibus Praemonstratensibus conceditur ex integro Privilegium assequendi, et retinendi quascumque Parochiales, et Vicarias, quam Regulares absque ulla Dispensatione Apostolica ». Constitutio ipsa impressa quinque paginas habet.

Constitutionem illam impressam ex integro transscribimus.

(p. III) « Benedictus Episcopus, servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Oneroso Sacri Apostolatus Ministerio meritis licet imparibus Divina sic disponente Clementia Praesidentes, pia regularium virorum vota solliciti pii Patris affectione prosequimur, ac Privilegia eis alias a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris concessa, denuo ex integro liberali indulgentia concedimus, ut ii in humiliatis Spiritu in regularibus locis Altissimo famulantes sublatis quibuscumque dubiis, et dissono litium clamore laudabilibus possint in Domino proficere incrementis. Sane pro parte Dilecti Filii *Nicolai Meyers moderni Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium Praemonstraten. Ordinis* [3]), *Laudunen., et aliarum Civitatum vel Dioecesium*; Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod Ordo praedictus, illiusque pro tempore existentes Canonici Regulares inter quamplurima Privilegia a diversis Romanis Pontificibus, et signanter a fel. rec. *Urbano PP. IV, et Clemente PP. V.* praedecessoribus Nostris Ordini, et Canonicis Regularibus praedictis Apostolica auctoritate confirmata, illoquidem in literis Apostolicis ab eisdem *Urbano et Clemente* praedecessoribus emanatis contento gaudent Privilegio, nimirum, quod Canonici Regulares eiusdem Ordinis pro tempore existentes Parochiales Ecclesias, etiam Saeculares, ac Clericis, seu Presbyteris Saecularibus conferri, et assignari solitas, absque ulla dispensatione Apostolica consequi, et consequutas retinere libere, et licite possint, et valeant. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, ob collationem *Parochialis Ecclesiae de Limbrich Leodiens.*

[3]) Nic. Meyers, natus 5 novembris 1695, mortuus 15 septembris 1778; procurator generalis Ordinis Romae annis 1736-1778. Cfr *Necrologium Ecclesiae B.M.V. de Tongerloo*, ed. W. Van Spilbeeck, Tongerloae, 1902, p. 184, paucis hoc edicit : « Collegii nostri romani praesidis ac totius Ordinis procuratoris laudatissimi ». — P. Visschers, *Geschiedkundige Inlichting over het Norbertijnsch Collegie... te Roomen*, Antverpiae, 1841, p. 34, iuxta Necrologium ms. dicit de ipso : « Vir praeclaruis animi dotibus, morum honestate, nec vulgari eruditione, rerumque agendarum peritia praeditus ». — Ipsi procuratori Meyers, inter alia, debetur erectio statuae S. Norberti in basilica Vaticana S. Petri, Romae. Cfr. H. Lamy, *L'érection de la statue de Saint Norbert dans la Basilique de Saint-Pierre à Rome*, in *Anal. Praem.*, XVI, 1940, pp. 109-144. « Pendant quarante-deux ans, il s'était, au prix de bien des fatigues et de bien des déboires, acquitté consciencieusement de ses fonctions, parfois compliquées et toujours délicates. Fidèle serviteur de son Ordre, il avait défendu ses intérêts en cour de Rome, secondé par les uns, incompris des autres. L'une des entreprises les plus laborieuses auxquelles il avait consacré son activité avait été l'érection de la statue de saint Norbert dans la basilique de Saint-Pierre. De 1738 à 1767, il avait eu à faire face à des difficultés de toute sorte. Mais, grâce à une persévérance soutenue par une volonté opiniâtre, il était enfin arrivé à la réalisation de son projet ».

Dioeces., et respective provisionem de illa certo tunc expresso modo (p. IV) vacante Dilecto etiam Filio Melchiori Vverden, Presbytero, ac Canonico Regulari dicti Ordinis expresse professo non diu a Nobis eadem Apostolica auctoritate factas Curia Episcopalis Leodien., et pro illius parte Dilectus pariter Filius Promotor Fiscalis eiusdem Curiae Episcopalis collationi, et provisioni huiusmodi in Dataria Apostolica eo sub praetextu, quod Canonici Regulares dicti Ordinis ad Parochiales Ecclesias obtinendas, prout iuxta Constitutionem a Nobis novissime editam incipientem *Quod inscrutabili* Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini Canonicorum Regularium Congregationis Lateranen. ad Parochiales Ecclesias huiusmodi habendas incapaces sunt, etiam existerent incapaces, tunc se opposuerit, illasque impugnaverit, controversiam huiusmodi in eadem Dataria Apostolica pro validitate collationis, et Provisionis in vim praedicti Privilegii in eisdem Urbani, et Clementis praedecessorum praedictorum Literis contenti licet absque dispensatione Apostolica factarum substinenda opus fuit agitare; Idcirco Nicolaus praedictus ad tollenda quaecumque dubia, et obiectiones, quae in futurum a quibuscumque Episcopalibus, Archiepiscopalibus, et Primatialibus, aliisque Ecclesiasticis Curiis, earumque respective Promotoribus Fiscalibus, seu Procuratoribus legitimis, adversus Privilegium praedictum in dictis Urbani, et Clementis praedecessorum praedictorum Literis ut praetenditur contentum, excitari possint in futurum; Necnon pro maiori nunc, et pro tempore existentium eiusdem Ordinis Praemonstraten. Canonicorum Regularium, qui de Parochialibus Ecclesiis de caetero tam Apostolica, quam Ordinaria Auctoritate erunt providendi, quiete, et tranquillitate plurimum cupiat sibi ac Canonicis Regularibus in eodem Ordine Praemonstraten. expresse professis nunc et pro tempore ubique existentibus per nos, et Sedem Apostolicam *ex integro* ut infra benigne indulgeri. Quare pro parte dicti Nicolai Nobis fuit humiliter supplicatum quatenus eiusdem Ordinis Praemonstraten., illiusque Canonicorum Regularium qui nunc in eo expresse professi sunt, et imposterum etiam in eo professionem expresse emittent indemnitati in praemissis opportune consulere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui quarumcumque litium, et iurgiorum occasiones tollere sinceris desideramus affectibus, Nicolao praedicto, ac Canonicis Regularibus praedictis specialem gratiam facere volentes, eosdemque, et eorum quemlibet a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, (p. V) et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, et

poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequen., harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati eidem Nicolao, ac Canonicis Regularibus, qui nunc in eodem Ordine Praemonstratensi, ut praefertur, expresse professi sunt, et imposterum etiam in eo professionem emittent, ut ipsi ex nunc, et perpetuis futuris temporibus absque ulla oppositione, et contradictione quascumque Parochiales Ecclesias, etiam Saeculares, illarumque perpetuas Vicarias Clericis, seu Presbyteris Saecularibus conferri, et assignari solitas, si tamen eis, et eorum cuilibet canonice conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illas, absque dispensatione Apostolica consequi, et in eis quavis auctoritate institui illaque recipere, et quoad vixerint retinere libere, et licite possint, et valeant, Apostolica auctoritate pradicta tenore earumdem praesentium *ex integro* perpetuo concedimus, et indulgemus; Ipsumque Nicolaum, nec non Canonicos Regulares dicti Ordinis Praemonstren. nunc, et pro tempore existentes praedictos super praemissis a quibuscumque etiam Curiis Ecclesiasticis, seu earum Promotoribus Fiscalibus, vel Procuratoribus praedictis quavis auctoritate praetextu, colore, causa, vel ingenio molestari, inquietari, perturbari, aut impediri nullatenus numquam posse, sed Indulto per Nos concesso huiusmodi semper, et perpetuo pacifice frui, et gaudere, ac easdem praesentes nullo umquam tempore ex quocumque capite, aut quavis occasione, vel causa de subreptionis, aut obreptionis, aut nullitatis vitio, seu Intentionis nostrae, vel quopiam alio quantumvis substantiali, et inexcogitato, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente, defectu, notari, impugnari, invalidari, retractari, in Ius, vel controversiam vocari, aut adversus illas quodcumque Iuris, vel Facti, aut gratiae remedium impetrari, seu etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine concesso, et impetrato quempiam uti, seu se iuvari posse, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, modificationibus, aut allis contrariis dispositionibus etiam per Nos, et Sedem praedictam, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis quomodolibet pro tempore factis, et (p. VI) faciendis, ac concessis, et concedendis comprehendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictum Nicolaum modernum,

ac pro tempore existentem Procuratorem Generalem, et eosdem Canonicos Regulares dicti Ordinis Praemonstraten. nunc, et pro tempore existentes quandocumque eligenda, concessas esse, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac Nicolao, et Canonicis Regularibus dicti Ordinis Praemonstraten. nunc, et pro tempore existentibus praedictis, quorum favorem eadem praemissa respective concernunt, plenissime suffragari, sicque, et non alias per quoscumque Iudices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate fungentes etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictaeque Sedis Nuncios, iudicari, et diffiniri debere, et si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus, non obstantibus quibusvis etiam in Synodalibus Provincialibus, Generalibus, et Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis Praemonstraten., etiam Iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis quibusvis Personis, etiam speciali nota dignis, et necessario exprimendis in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, alias de illius, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eisdem praesentibus pro expressis habentes, illis, alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime hac vice dumtaxat ad praemissorum validissimum effectum specialiter et expresse harum quoque serie derogamus contrariis quibuscumque. Volumus autem quod earumdem (p. VII) praesentium transsumptis etiam typis impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique in Iudicio, et extra illud adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, Concessionis, Indulti, Decreti, Derogationis, et Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem. Anno Incarnationis Dominicae, millesimo

septingentesimo quinquagesimo, Kalendis Septembris, Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Loco + Plumbi. (Sequuntur 11 subscriptiones).

Hucusque textus Indulti Apostolici Ordini concessi. In ipso Indulto, plus quam semel citatur nomen procuratoris Generalis illius temporis, Nicolai Meyers. Huius Procuratoris generalis vigilantissimi asservantur in archivo abbatiae Parcensis octo epistolae, in quibus sensus et significatio Bullae supradictae non parum clarescit (arch. Parcens., li. XXI, cas. XVII, 5 : nr 79-86). Paucis ergo contentum harum litterarum considerare placet.

Controversia satis aspera orta erat ex eo quod episcopus Leodiensis [4]) irritam facerat institutionem canonicam paroeciae Limbrich, seu Limberight, ad quam canonicus abbatiae Steinfeldensis, Ordinis Praemonstratensis, promotus fuerat a barone de Limberight. Ex litteris procuratoris Meyers concludi debet talia etiam in aliis regionibus accidisse. Scribit siquidem Nicolaus Meyers die 21 decembris 1748, inter alia, ista : « Emanata sub hoc Pontificatu [5]) apostolica Constitutione contra Canonicos Regulares Lateranenses, declarante illos omnino inhabiles ad beneficiia saecularia tam cum cura quam sine cura, contigit a praenobili Barone de Limberight, ad pastoratum eiusdem oppidi dioecesis Leodiensis nominari quemdam Confratrem professum abbatiae Steinfeldensis, renuente Curia Leodiensi eidem dare institutionem, inter alia allegando praefatam Constitutionem; desuper litem hic in Dataria sustinere debui, sed Summus Pontifex, collationem a Domino Barone Limberight factam libenter confirmavit, dicens se sub Constitutione contra Canonicos Lateranenses emanata non voluisse comprehendere Canonicos Praemonstratenses, propter insignia privilegia; et in effectu, dum Summus Pontifex antedictam Bullam conderet, Bullarium nostrorum privilegiorum a me petiit et diligenter perlegit. Hoc modo evictis contradictoriis bullam in favorem confratris sine dispensatione in forma solita sacerdotum saecularium expediri et vigore eiusdem confrater in pacificam possessionem missus est ».

[4]) Annis 1744-1763, Iohannes XI Theodoricus von Bayern episcopus erat Leodiensis. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1957, p. 249.

[5]) Annis 1740-1758, Benedictus XIV erat Summus Pontifex. Ipsi successit, mense maio 1758, Clemens XIII.

Ex litteris procuratoris Meyers patet plures Episcopos in Germania eadem ratione agere voluisse ubi agebatur de instituendis Praemonstratensibus ad aliquod beneficium ecclesiasticum. Ideo Summus Pontifex procuratorem rogaverat ut originale privilegiorum Ordini Praemonstratensi concessorum ipsi ostendere vellet. Post varias inquisitiones vanas in variis archivis Romanis, tandem desiderata documenta inventa sunt; et quidem quattuor talia documenta quae referuntur a LEPAIGE in sua *Bibliotheca Ordinis Praemonstratensis*; et quintum documentum, emanatum a Clemente V, « Quia vos religiose vivere », asservato in archivo abbatiae Parcensis. Perlectis et examinatis his documentis, Summus Pontifex, ita procurator Meyers, se paratum dixit novam Bullam evulgare; quae nihil vere novi continebit, sed potius veluti confirmatio habenda erit eorum quae antea vi aliarum Bullarum iam Ordini concessa fuerant.

Paulo post, die 30 augusti 1749, sequitur alia epistola procuratoris. E qua patet Datariam Apostolicam Romae movere difficultates pro evulgatione authentica Bullae. Conqueritur insuper procurator se in hoc negotio non invenire apud omnes et singulos Praelatos adiutorium quod iure exspectare se posse aestimaverat. In specie procurator conqueritur de insufficientibus sibi procuratis denariis ut negotium brevi ad foelicem finem deduci possit. Iterum de hac re scribit procurator generalis in epistola abbati Parcensi directa die 7 februarii 1750. In hac epistola conqueritur procurator de negligentia abbatum Circariae Brabantiae. Insistit procurator; nam periculum adest « ne gravetur pro finali executione gratiae a me biennali labore obtentae ac sacro Ordini tam utilis quam necessariae, ne labores mei et gratia tam singularis propter provectam Summi Pontificis aetatem, qui una vice dicitur curisse periculum alicuius accidentis, superveniente eius morte, absque effectu cum magno praeiudicio Ordinis maneant ».

Alia epistola mittitur ab eodem Procuratore die 5 septembris 1750. In qua iterum insistit procurator Meyers : abbates Brabantiae negligentes sunt in concedendis sibi contributionibus financiariis necessariis. Memores sint hi Praelati, ita procurator, agi de privilegio vere insigni. « Insuper submitto considerationi vestrae, quod hoc privilegium ex authoritate et indulto apostolico inter omnes Canonicos Regulares sit unicum et proprium soli Ordini Praemonstratensi; quodque simile privilegium sacro Ordini nostro ab Urbano 4 et Clemente 5 concessum, a Gregorio XIII et Clemente octavo fuerit annullatum; unde contigit, quod « Abbates post emanatam hanc annullationem adhuc volentes sed non valentes manutenere hoc privilegium, quoties circa paroecias

suas lites attentarunt». Indultum quidem nondum expeditum est. « Si quis dicat, quod hoc novum privilegium numquam in Belgio obtinebit placetum regium, dico : etiam videbatur impossibile impetratu a S. Sede novum hoc ex integro indultum; obtinui tamen, si tamen placetum obtineri non possit, semper in hac Curia plenum suum robur conservabit, nec rarus adeo est ad hanc Curiam pro conservatione nostrarum parochiarum recursus sive super iure patronatus, unione Parochiarum cum nostris respective Monasteriis, adeo ut hoc privilegium tam clare, distincte et cum favorabilibus clausulis a Summo Pontifice concessum et Sacro Ordini tam utile quam necessarium sine ulla mora mereatur expediri».

In epistola diei 17 septembris 1751, communicat procurator Cardinalem-Protectorem, Hannibalem Albani, defunctum esse; cui suffectus fuit, qua protector, frater germanus cardinalis defuncti, Alexander Albani.

In epistola diei 18 iulii 1753, iterum scribit procurator abbati Parcensi. In quae epistola nonnulla communicat relate ad ea quae facere debuerit procurator ad hoc ut bullam impetrare posset. In qua haec, inter alia dicuntur : « Toti sacro Ordini nostro constare debet, quanto labore obtinuerim novum privilegium ex integro nostrae habilitatis ad ecclesias Parochiales etiam saeculares regendas. Urbi non minus notum est, quam foeliciter me opposuerim variis Germaniae Episcopis, qui facta causa communi apud Summum Pontificem, in vanum tamen, institerunt, ut dictum privilegium revocaretur, vel saltem certis conditionibus ligaretur. Norunt denique Reverendissimus Dominus Vicarius Generalis Bohemiae [6]), Amplissimi Domini Abbates Gradicensis [7]) et Strahoviensis [8]), quanta diligentia tam per Summum. Pontificem, quam Eminentissimum D. Cardinalem Melini, Augustissimae Imperatricis Reginae Ministrum hic, impediverim conatus Eminentissimi Episcopi Olumucensis [9]), qui,

[6]) Vicarius generalis Circariae Bohemiae et Moraviae annis 1752-1782, erat Paulus Vaclavik. Cfr N. Backmund, *Monasticon Praemonstratense*, Straubing, t. 1, 1949, p. 281.

[7]) Abbas Gradicensis (Hradisch-Hradisko, in hodierna Tchecho-Slovakia) annis 1741-1781 erat Paulus Vaclavik. Cfr N. Backmund, *l.c.*, p. 294.

[8]) Annis 1741-1764, Gabriel Kaspar abbas erat Strahoviensis (in urbe Pragensi). Cfr N. Backmund, *l.c.*, p. 313.

[9]) Annis 1745-1758, Ferdinandus Iulius v. Troyer episcopus erat Olomucencis (Olmütz); qui etiam cardinalis erat. Ipsi, currente anno 1758, successit Leopoldus Fridericus v. Egkh-Hungersbach. Cfr. B. Gams, *Series Episcoporum Ecclesiae Catholicae*, Graz, 1957, p. 298.

qua potuit, arte, sed absque effectu tamen, fatigavit Aulam Viennensem, ut hoc nostrum privilegium revocari curaret».

Tandem, uti novimus ex epistola procuratoris, diei 9 maii 1759, ea quae necessaria erant ad Bullae expeditionem ex parte Datariae Apostolicae, Romam advenerunt. Et expeditio authentica perfici potuit. « Fateor, ita procurator Meyers, quidem non solum in Belgio sed ubique etiam finito bello calamitosa tempora adhuc perseverare, his tamen non obstantibus omnes extra Galliae Regnum Circariae considerantes ex una parte necessitates confirmandi seu renovandi habilitatem nostram ad saeculares Parochias obtinendas, etc., quae continuam, saepe etiam cum amissione Parochiarum nostrarum patitur contradictionem et ex alia parte utilitatem et splendorem, quae ex eadem provenient et qua, ut ita dicam, unica ab Ordinibus Monachorum et Mendicantum distinguitur, contribuerunt, adeo, ut sola Circaria Brabantiae, manens in mora contributionis causa sit, quod dicta Bulla non possit expediri, imo et occasio eandem expediendi nobis subripi possit per diversa incidentia, de quibus me praemonent diversi Praelati Germaniae».

Tandem, re foeliciter absoluta, et soluta, meritissimus procurator generalis ultimam hac de re epistolam hac ratione subsignare potuit : « Prospera tempora apprecans singulari veneratione et iterata gratiarum actione persevero, Reverendissimae Amplitudinis Vestrae, humillimus et obsequentissimus famulus, fr. Nicolaus Meijers, Procurator Generalis».

J. B. Valvekens, O. Praem.

Abdijstraat 1, Averbode (Belg.).

Ein deutsches Gedicht aus dem Kloster Schäftlarn

I.

Das [1]) seit dem Jahre 762 als bischöfliches Eigenkloster von Freising *in loco Peipinbach, villa nuncupata Sceftilari prope fluvium Isure* [2]) bestehende und dem hl. Dionysius geweihte Benediktinerkloster verlor im 9. und 10. Jahrhundert mehr und mehr an Bedeutung und wurde schliesslich wohl ganz von seinen Bewohnern verlassen. Erst im Jahre 1140 begründete Bischof Otto I. von Freising neues klösterliches Leben in Schäftlarn, indem er die Propstei mit den zugehörigen Kirchen von Hohenschäftlarn, Irschenhausen, Neufahrn und Epolding sowie dem bischöflichen Lehenbesitz den Praemonstratensern (*fratribus secundum regulam beati Augustini et consuetudinem Premonstratensium fratrum deo... servientibus*) [3]) verlieh und ihnen die vorhandenen Statuten und Privilegien bestätigte.

Noch im gleichen Jahr nahm Papst Innozenz II. das Stift Schäftlarn in seinen Schutz und erliess eine Reihe von Vorschriften über das kirchliche und wirtschaftliche Leben der neuen Gründung [4]).

[1]) Die folgenden Ausführungen stellen eine überarbeitete und erweiterte Fassung der das Kloster Schäftlarn betreffenden Abschnitte meiner Dissertation, *Priester Arnolts Legende von der heiligen Juliana, Untersuchungen zur lateinischen Juliana-Legende und zum Text des deutschen Gedichtes.* Phil. Diss. Freiburg/Br. 1965 (Rotaprint-Druck) IX, 350 S. dar.

[2]) Al. Weissthanner, *Die Traditionen des Klosters Schäftlarn.* München 1953, S. 6. (Quellen und Erörterungen zur Bayerischen Geschichte, Neue Folge X, 1). — Die Literatur über Schäftlarn ist verzeichnet bei N. Backmund, *Monasticon Praemonstratense,* I. Straubing 1949, S. 47 f. und 500.

[3]) Al. Weissthanner, *Die Urkunden und Urbare des Klosters Schäftlarn.* München 1957, S. 2 (Quellen und Erörterungen zur Bayerischen Geschichte, Neue Folge X, 2).

[4]) *Ebenda* S. 3 ff.

Die ersten Mitglieder der neuen klösterlichen Gemeinschaft kamen mit ihrem Propst Engelbert (1140-1153) aus dem schon 1126 gegründeten Praemonstratenserstift Ursberg, das auch in der Folge eine gewisse Oberhoheit über Schäftlarn behielt [5]). Sie waren weniger von monastischen Ideen als von dem Streben nach Priestertum und Seelsorge erfüllt. Darin sieht S. Mitterer [6]) auch für Bischof Otto von Freising den Anlass, das Kloster Schäftlarn gerade den Praemonstratensern anzuvertrauen. Ausdrücklich werden ihnen in der Gründungsurkunde die Seelsorge und die pfarrlichen Rechte in verschiedenen umliegenden Kirchen zugewiesen [7]).

Neben dem hl. Dionysius erscheint nun auch die hl. Juliana von Nikomedien als Patronin des Klosters. Es ist wahrscheinlich, dass das Patrozinium der Heiligen im Zusammenhang mit dem schon seit der Neugründung nachweisbaren Frauenkonvent eingesetzt wurde [8]). Ab 1140 werden in zahlreichen Urkunden die Schenkungen *ad altare sancti Dionisii et sancte Juliane* geleistet [9]). Frühere Erwähnungen des Juliana-Patroziniums in Schäftlarn können als Interpolationen angesehen werden [10]). Die Erhebung einer im mittelalterlichen Deutschland so wenig verehrten Heiligen [11]) zur Kirchenpatronin muss auf einer lokalen Tradition von Schäftlarn beruhen. Das Vorkommen von drei Juliana-Hymnen in der aus Schäftlarn stammenden Handschrift clm 17027 des 10. Jahrhunderts weist auf eine besondere Stellung dieser Heiligen im Kloster hin. Die zahlreichen Erwähnungen von Juliana-Reliquien [12]) bei Altar- und Kirchenweihen in und um Schäftlarn lassen auf das Vorhandensein von besonderen Reliquien als Ursache der Verehrung dieser Heiligen schliessen. Sehr wahrscheinlich stammen die Juliana-Reliquien aus dem für das Kloster

[5]) Vgl. L. Abstreiter, *Geschichte der Abtei Schäftlarn*. Schäftlarn 1916, S. 14 und Anm. 1.

[6]) S. Mitterer, *Die erste benediktinische Zeit von Schäftlarn*; in : *1200 Jahre Kloster Schäftlarn*. München 1962, S. 17 f. (Beiträge zur altbayerischen Kirchengeschichte 22, Heft 3).

[7]) A. Weissthanner, *Die Urkunden*... a.a.O. S. 2.

[8]) Vgl. A. Weissthanner, *Die Traditionen*... a.a.O. S. 470.

[9]) Vgl. z.B. in A. Weissthanner, Die Traditionen... a.a.O. die Nmmern : 38; 44; 45; 47; 51a; 51b; 55; 56; 60; 69; 74; 88; 89; 93; 113; 127; 129 usw.

[10]) *Ebenda* S. 51.

[11]) Vgl. Verf. a.a.O. S. 14-20; ausser in Schäftlarn erscheint die hl. Juliana als Patronin nur noch in Mosbach bei Heidelberg (vor 825) und in Rottum (1226) in Friesland.

[12]) Vgl. bei A. Weissthanner, *Die Traditionen*... a.a.O. die Weihenotizen Nr. 488; 490; 492; 495; 497; 499; 502; 506; 507; 508.

Isen bezeugten Reliquienschatz der Heiligen [13]). Beide Klöster waren Eigenklöster des Bischofs von Freising. Es ist also wahrscheinlich, dass Bischof Joseph von Freising, von dem Schäftlarn gegründet wurde, das Kloster Isen mit Reliquien der hl. Juliana ausgestattet hat und, wie S. Mitterer annimmt [14]), auch dem Kloster Schäftlarn «etwas von den geschätzten Reliquien seiner Heiligen verehrt haben» wird.

II.

Die im mittelalterlichen Deutschland während des 12. Jahrhunderts nur für das Kloster Schäftlarn nachzuweisende besondere Verehrung der hl. Juliana und ihre Erhebung zur Patronin dieses Klosters seit 1140 legen es nahe, die Entstehung und den Verfasser eines mittelhochdeutschen Gedichtes über diese Heilige mit dem Kloster Schäftlarn zu verbinden. Es handelt sich dabei um eine 626 Verse umfassende Darstellung des Lebens und Leidens der Heiligen, deren Verfasser sich *ewart arnolt* nennt. Quelle des Dichters war die während des Mittelalters in zahlreichen Fassungen verbreitete lateinische *Passio sanctae Julianae*, von der ein kompilierter Text in den Acta Sanctorum der Bollandisten abgedruckt ist [15]). Das Gedicht ist in der aus dem Frauenkonvent des Klosters Seckau in der Steiermark stammenden Handschrift 1501 der Universitätsbibliothek zu Graz überliefert. In diese zwischen 1150 und 1170 entstandene Hs., die neben deutschen und lateinischen Frauengebeten vor allem Heinrichs *Litanei* enthält, wurden gegen 1340 auf den unteren Rändern der Seiten ein deutsches Alexius-Gedicht und die Juliana-Legende des Priesters Arnolt eingetragen. Während die Alexius-Legende von einem Schreiber geschrieben wurde, von dem auch eine Margarethen-Legende und zwei Mariendichtungen in der ebenfalls aus Seckau stammenden Hs. 781 der Grazer Universitätsbibliothek aufgezeichnet wurden, ist das Juliana-Gedicht von einer offensichtlich im Schreiben nicht ausgebildeten Nonne in die Hs. 1501 eingetragen worden. Die Niederschrift ist daher sehr schwer lesbar und fehlerhaft. Lautstand und Orthographie entsprechen den sprachlichen Verhältnissen des bairisch-österreichischen Raumes in der Mitte des 14. Jahr-

[13]) In einer Schenkungsurkunde des Klosters Isen aus dem Jahre 870 findet sich die Notiz : *...in altare sancti Zenonis, ubi sancta Juliana corpore requiescit.*

[14]) S. Mitterer, a.a.O. S. 15.

[15]) *ASS. Febr.* II, 869 ff.; vgl. auch BHL 4522ff.

hunderts. Reimtechnik und Stil dieses Gedichtes veranlassten schon den ersten Herausgeber, A. Schönbach [16]), in der problematischen Aufzeichnung des 14. Jahrhunderts ein Gedicht des 12. Jahrhunderts zu sehen und sie sprachlich in diesem Sinne zu gestalten. Dieser Auffassung wurde erst in jüngster Zeit von H. de Boor [17]) und H. Rosenfeld [18]) widersprochen. Die Datierung ins 12. Jahrhundert und auch die Lokalisierung in den bairisch-österreichischen Sprachraum wurden aus inhaltlichen und sprachlichen Gründen bezweifelt. Dieser Stand der Forschung rechtfertigte es, dem deutschen Juliana-Gedicht, seiner Quelle, seinem Dichter, seiner zeitlichen und räumlichen Einordnung eine umfassende Untersuchung zu widmen.

III.

Bei den etwa 150 überlieferten Handschriften der lateinischen Juliana-Legende können auf Grund der Lesarten und sachlicher Gemeinsamkeiten mehrere Gruppen unterschieden werden, die mit gewissen Einschränkungen auch einer geographischen Verbreitung der Legende entsprechen.

So ist in Deutschland vor allem eine Fassung verbreitet, die auf ein im 8. Jahrhundert wohl in St. Gallen oder Reichenau vorhandenes Exemplar zurückgeht. In Frankreich war ein Text geläufig, dessen älteste Zeugen aus Corbie stammen. Vergleichbare Sonderformen können auch für England, Italien oder Spanien nachgewiesen werden. Die Vorlage des deutschen Juliana-Gedichtes gehört einem Typ der Legende an, der in Deutschland sonst unbekannt ist und dessen Vorhandensein und Verbreitung sich auf besondere und genau erschliessbare Umstände zurückführen lässt. Während des 8. Jahrhunderts muss ein Legendar aus der Gegend von Corbie in das bayrische Kloster Benediktbeuren gelangt und dort abgeschrieben worden sein. Die Abschrift ist in der Hs. clm 4554 der Bayrischen Staatsbibliothek erhalten [19]). Auf sie geht noch eine Reihe von weiteren, nur in bay-

[16]) *Sitzungsberichte der Wiener Akademie der Wissenschaften, philosophisch-historische Classe*, 101, 1882, S. 445-563.

[17]) H. de Boor, *Geschichte der deutschen Literatur* I, München 1957³, S. 201 f.

[18]) H. Rosenfeld, *Legende*. Stuttgart 1961, S. 40.

[19]) Vgl. dazu. Bischof, *Die Südostdeutschen Schreibschulen und Bibliotheken in der Karolingerzeit*. Teil I. *Die bayrischen Diözesen*. Wiesbaden ²1960, S. 27 ff. ferner F. Wilhelm in : *Münchener Museum*, I, München 1911-12, S. 200 f.

rischen Klöstern vertretenen Handschriften zurück, die alle den gleichen Typ der Juliana-Legende enthalten [20]). Nur diese inselhaft in Bayern verbreitete Fassung kommt als Vorlage für das deutsche Gedicht in Frage.

Da die gegen die Datierung ins 12. Jahrhundert vorgebrachten Argumente leicht entkräftet werden können [21]), muss von der Quelle her an eine Entstehung des Gedichtes in Bayern gedacht werden. Die bei anderen deutschen Heiligenlegenden des 12. und 13. Jahrhunderts nachweisbare Abfassung an einem Ort besonderer Verehrung des behandelten Heiligen [22]) macht wahrscheinlich, dass auch Priester Arnolts Gedicht von der hl. Juliana durch die Erhebung dieser Heiligen zur Kirchenpatronin von Schäftlarn veranlasst worden ist.

Aus der erwähnten seelsorgerlichen Ausrichtung des Praemontratenserordens wird auch deutlich, warum das Werk in deutscher Sprache gedichtet wurde. Es sollte wohl im Dienst der Seelsorge die Gläubigen mit dem Leben und den Taten der neuen Patronin bekannt machen und musste deshalb notwendig in deutscher Sprache abgefasst sein.

Die Lokalisierung des Juliana-Gedichtes nach Schäftlarn ermöglicht auch, Genaueres über den bisher unbekannten Dichter zu erfahren. 1158 wird ein Arnolt Propst des Klosters [23]). Da sich für Schäftlarn kein anderer Träger dieses Namens in der fraglichen Zeit nachweisen lässt, liegt es nahe, in diesem Mann den Verfasser des deutschen Gedichtes zu sehen. Arnolt, der nur vier Jahre Propst war, muss zu dieser Zeit schon älter gewesen sein. Die Erwähnung seines Namens im Ursberger Nekrolog [24]) deutet daraufhin, dass er wohl noch zur

[20]) Hier sind zu erwähnen die Hss. der Bayrischen Staatsbibliothek : clm 2570 (Aldersbach); 22240 (Windberg); 27127 (Ottobeuren); 14418 (Regensburg); 332 (?), sowie die Hss. Stams Nr. 8 (Kaisheim) und Würzburg M.p.th. q. 15 (Freising).

[21]) Vgl. Verf. a.a.O. S. 145 ff.

[22]) Vgl. *ebenda* S. 149 Anm. 2.

[23]) In dem *Catalogus Praepositorum Scheftlariensium* (MGH Scriptores XVII, 347, 49 und A. Weissthanner, *Die Urkunden...* a.a.O. S. 39*) heisst es : *Item anno domini MC° LX° dominus Arnoldus eligitur et IIII° anno moritur VI° idus Iunii.* — Das bedeutet, wie bisher immer angenommen, eine Regierungszeit von 1160-64. A. Weissthanner hat jedoch darauf hingewiesen (a.a.O. S. 39* Anm. 1), dass Arnolt bereits unter Bischof Otto I von Freising (gest. 1158 Sept. 22) Propst in Schäftlarn ist. Als Todesjahr kommt nach A. Weissthanner das Jahr 1163 in Frage.

[24]) MGH *Necrol.* I, 134 : *Arnoldi ppos^t*, unter dem gleichen Datum wie im Schäftlarner (MGH Necrol. III, 124 und 132) und im Indersdorfer (MGH Necrol. III, 186) Nekrolog. — In diesem Zusammenhang soll kurz auf ein Problem des Nekrologs der Praemonstratenser- Abtei Bonne-Espérance in Vellereille-les-Brayeux bei Charleroi

Gründergeneration des Klosters gehört hat. Ueber seine Tätigkeit als Propst finden sich, im Gegensatz zu den anderen Pröpsten, ausser Regierungszeit und Todestag nur wenig andere Nachrichten. Nur eine aus Schäftlarn stammende Handschrift (clm 17133) trägt den Vermerk, dass sie auf Geheiss des Propstes Arnolt geschrieben wurde. Es ist aber anzunehmen, dass bei der reichnen Schreibtätigkeit in Schäftlarn während der ersten Jahrzehnte nach der Besiedelung durch die Praemonstratenser auch noch andere Handschriften zu Arnolts Zeit entstanden sind [25]).

Da sich der Dichter der 'Juliana' *ewart* nennt [26]), muss angenommen werden, dass das Gedicht von Arnolt vor seiner Wahl zum Propst verfasst worden ist, also vor 1158. Die Benennung *ewart*, die auf einen Weltgeistlichen deutet [27]), braucht nicht im Widerspruch zu Arnolts Zugehörigkeit zu einem Orden zu stehen. Es wurde bereits darauf hingewiesen, in welchem Mass der Praemonstratenserorden von seinem Wesen her als Priesterorden und Seelsorgeverband verstanden werden musste. Arnolt kann demnach durchaus, bevor er zum Propst gewählt wurde, eine der zu Schäftlarn gehörenden Pfarreien versorgt haben. Auch von drei späteren Pröpsten des Klosters ist überliefert, dass sie vorher als Pfarrer tätig waren [28]). Die Bezeichnung *ewart*

eingegangen werden. E. Brouette hat in den *Analecta Praemonstratensia* ab Bd. 36 (1960) diesen Nekrolog abgedruckt und kommentiert. Unter dem Datum des 10. Juni (*IIII° Idus Junii*) findet sich dort die Eintragung : *Commemoratio domini Arnoldi, prepositi* (*Anal. Praem.* 38, 1962, S. 309). Dieser Name konnte bisher nicht identifiziert werden. Brouette zitiert einen *Arnoldus prepositus* für den 8. Juni in Arnstein und den 10. Juni in Prémontré; er selbst denkt an Arnold, den ersten Prior von Zabrdovia bei Brünn. Es ist jedoch wahrscheinlich, dass hier Arnolt von Schäftlarn gemeint ist, dessen Todestag in Prémontré und Bonne-Espérance irrtümlich unter den 10. Juni geraten ist. Da das Original des Nekrologs von Bonne-Espérance für das 12. Jahrhundert anzusetzen ist (vgl. *Anal. Praem.* 36, 1960, S. 300), bestehen auch von der Datierung her keine Bedenken gegen die Beziehung der Notiz auf Arnolt von Schäftlarn. Es bleibt bemerkenswert, dass der Todestag des Schäftlarner Propstes bis zu den Prämonstratenserklöstern Belgiens und Frankreichs hin einer Commemoratio für wert erachtet wurde.

[25]) Vgl. dazu P. Ruf, *Die Handschriften des Klosters Schäftlarn*, in *1200 Jahre Schäftlarn* a.a.O. S. 41 f.

[26]) *ein ewart do/Arnolt was er genant* (V. 4-5).

[27]) Vgl. dazu A. Waag, *Die Bezeichnungen des Geistlichen im Althoch- und Altniederdeutschen*. Teuthonista 8, Halle 1931/32, S. 31 ff.

[28]) So war Propst Wilhelm Oberndorffer (1457-1463) vorher Pfarrer, sein Nachfolger Erasmus Golnhueter (1463-67) Prior und Pfarrer (vgl. P. Ruf a.a.O. S. 94) und Propst Leonhard II. Schmidt (1490-1527) versorgte vor seiner Wahl zum Propst die Pfarrei Scheuring. (P. Ruf a.a.O. S. 25).

für den Dichter der Juliana-Legende ist also leicht erklärbar und kann nicht als Argument gegen die Verfasserschaft Arnolts gelten.

Für die Datierung des Gedichtes kommen die Jahre von 1140-1158 in Frage. Sieht man von den ersten Jahren der Gründungszeit ab und rechnet eine bestimmte Zeit bis zur allgemeinen Durchsetzung des Juliana-Patroziniums [29]), so wird man die Zeit um 1150 am ehesten als Abfassungszeit des deutschen Gedichtes ansehen können.

Unter den Handschriften, die aus Schäftlarn überliefert sind, befindet sich auch ein Legendar mit einer lateinischen Juliana-Legende. Es handelt sich dabei um den von dem Schreiber Adelbert geschriebenen Codex clm 17041 [30]). Die Fassung der Legende in dieser Handschrift kann aber nicht die Quelle des deutschen Gedichtes gewesen sein; denn sie gehört nicht dem besonderen Typ an, der allein als Vorlage des Dichters in Frage kommt. Nun ist es nach den Untersuchungen von P. Ruf durchaus wahrscheinlich, dass die Hs. clm 17041 erst während der Propstjahre von Arnolt geschrieben wurde. Sie war also erst nach der Abfassung des deutschen Gedichtes in Schäftlarn vorhanden.

Es ist aber leicht zu erklären, auf welche Weise Arnolt Zugang zu einer lateinischen Juliana-Legende des als Vorlage für sein Werk zu erschliessenden Typs haben konnte. In den Arbeiten des in den ersten Jahrzehnten nach der Neugründung des Klosters besonders bedeutenden Skriptoriums von Schäftlarn [31]) bestehen vor allem in der Buchmalerei enge Beziehungen zu Handschriften aus dem Kloster Windberg. Die künstlerische Verwandtschaft des Buchschmucks zwischen einer Reihe von Schäftlarner und Windberger Handschriften ist so gross, « dass man wohl annehmen muss, dieselben Zeichner haben in beiden Stiften gearbeitet » [32]). Aus dem Kloster Windberg — ebenfalls ein Praemonstratenserstift — ist ein fünfbändiges auf Geheiss des Abtes Gebhard (1141-1191) geschriebenes Legendar überliefert, das in seinem ersten Band (clm 22240) eine Juliana-Legende in der Fassung enthält, die als Vorlage des deutschen Gedichtes

[29]) Das Juliana-Patrozinium erscheint nicht in allen Schäftlarner Urkunden ab 1140, und es muss daher für die Anfangszeit des Klosters ein gewisses Schwanken in der Angabe der Patrozinien festgestellt werden.

[30]) Vgl. zu dem Folgenden P. Ruf a.a.O. S. 40 ff.

[31]) Allein während der Regierungszeit des zweiten Propstes Eberhard (1153-1158) können vier Schreiber namentlich nachgewiesen werden; im 12. Jahrhundert sind fast 100 Handschriften in Schäftlarn entstanden.

[32]) P. Ruf a.a.O. S. 82.

angesetzt werden muss. Da clm 22240 auch zu den Handschriften gehört, deren Buchschmuck eng mit dem von Schäftlarner Hss. der Jahrzehnte zwischen 1140 und 1160 verwandt ist, darf die Kentnnis dieser Handschrift in Schäftlarn ohne weiteres angenommen werden. Arnolt kann in Windberg geweilt und dort die Vorlage seines Gedichtes kennen gelernt haben. Denkbar wäre jedoch auch, dass der Band des Windberger Legendars mit der Juliana-Legende für einige Zeit nach Schäftlarn ausgeliehen war. Jedenfalls kann auf diese Weise auch die Quellenfrage befriedigend erklärt werden.

Ueber die Wege, auf denen Arnolts Gedicht von Schäftlarn nach Seckau gewandert ist, kann nichts mehr ermittelt werden. Die hilflose Aufzeichnung der Nonne in der Mitte des 14. Jahrhunderts ist ja das einzige noch erhaltene Zeugnis des Werkes. Zusammen mit den anderen damals in Seckau abgeschriebenen religiösen Dichtungen kündet es von einem bewussten Akt der Bewahrung deutscher Dichtung in diesem Kloster.

IV.

Es bleibt noch zu fragen, ob es sich bei Arnolts Juliana-Gedicht um ein vereinzeltes und unter besonderen Umständen in Schäftlarn entstandenes Werk handelt oder ob noch weitere Zeugnisse deutschsprachiger Literatur aus diesem Kloster überliefert sind. Dabei ergibt sich, dass der Ertrag für das 12.-14. Jahrhundert völlig negativ ist. Nur wenn sich die Idendität von Arnolt mit dem *priester Arnolt*, der das Gedicht von der Siebenzahl [33]) verfasst hat, endgültig erweisen liesse [34]), könnte auch dieses Werk für Schäftlarn in Anspruch genommen werden. Die Schreiber von Schäftlarn waren während des 12. Jahrhunderts zwar schöpferisch tätig, aber sie haben nur lateinisch gedichtet und dabei nicht Unbedeutendes zustande gebracht [35]). Man muss bis zum 15. Jahrhundert warten, um unter den aus Schäftlarn überlieferten Handschriften wieder Texte in deutscher Sprache zu finden. Aber auch dabei handelt es sich nicht um literarisch ausgezeichnete Werke, sondern um Gebrauchsliteratur religiöser, rechtlicher, medizinischer und technischer Art, wie sie zu der Zeit wohl an jedem Ort religiöser oder geistiger Betätigung vorhanden war.

[33]) Hrsg. von H. Polzer van Kol, Bern 1913 (Sprache und Dichtung 13).

[34]) Vgl. Verf. a.a.O. S. 199 f.

[35]) Einige Proben sind abgedruckt bei P. Ruf a.a.O. S. 44-46.

So gab es, um nur das Wichtigste anzuführen, in Schäftlarn deutsche Uebersetzungen der Evangelien (cgm 745, 1397) [36]) und des Psalters (cgm 1117c, XV. Jh.), deutsche Predigten (3866, 1475) und eine deutsche *Passio Domini* (cgm 689, 1457 und cgm 791, 1438). An theologischen Schriften ist noch zu nennen, das Buch *Von dreierlei Wesen des Menschen* (cgm 777, 1454) und die verdeutschten *Meditationes de passione Domini* des Rebdorfer Propstes Silvester. (cgm 791, 1438).

An medizinischen und technischen Traktaten liessen sich anführen : Felix Hämmerleins *Von warmen Bädern*, übersetzt von Dr. Hartlieb aus München (cgm 732, 1474); Macer, *De viribus herbarum* (cgm 722, XV. Jh.) und ein Buch über Feuerwerke und Kriegsmaschinen (cgm 734, XV., XVI. Jh.). Die Rechtsliteratur ist vertreten durch ein Exemplar des Schwabenspiegels (cgm 1139) [37]) und das Bayerische Landrecht Kaiser Ludwigs IV. des Bayern aus dem Jahre 1346, allerdings erst in einer Abschrift von 1427 (cgm 30). Der Schreiber dieses Landrechts, der sich *Paulus Nieuergalt de Wolfferthawsen* (= Wolfratshausen) nennt, liefert in seiner Nachschrift nochmals eine Bestätigung des Juliana-Patroziniums, wenn er schreibt : ... *ad honorem et laudem beatorum martyrum Dyonisii episcopi et Juliane virginis patronorum huius ecclesie* [38]).

Dieser Ueberblick zeigt, dass von einer Bedeutung Schäftlarns für die mittelalterliche deutsche Literatur eigentlich nicht gesprochen werden kann. Arnolts Juliana-Legende ist eine durch die Erhebung der Heiligen zur Kirchenpatronin verursachte Gelegenheitsdichtung. Auch wenn man die durch den Weg der Ueberlieferung eingetretenen Entstellungen abrechnet, bleibt sie ohne besondere literarische Bedeutung. Sie ist nur wertvoll als frühes Zeugnis der deutschsprachigen Legendendichtung des 12. Jahrhunderts und als Ausdruck eines räumlich und zeitlich bestimmbaren religiösen Vorgangs.

Karl-Ernst Geith.

Peterbergstrasse, 1. 78 Kappel/Freiburg (Deutschland).

[36]) Die Angaben nach : *Die deutschen Handschriften der K. Hof- und Staatsbibliothek zu München.* München 1866. (Catal. Cod. Manu Script. Bibl. Reg. Monac. V).

[37]) Vgl. P. Ruf a.a.O. S. 102.

[38]) Zitiert nach E. Petzet, *Die deutschen Pergament-Handschriften der Staatsbibliothek in München.* München 1920. (Catal. Cod. Manu Script. Bibl. Monac. V, 1 Editio altera).

Éloge funèbre et documents inédits de Mathias Valentijns abbé d'Averbode de 1591 à 1635

Une des figures de choix qui émerge de la succession déjà longue des abbés du monastère des Prémontrés, établi à Averbode, en Brabant, est celle de Mathias Aleijten, alias Valentijns. Il gouverna l'institut, pendant près de quarante ans, à l'aube des Temps Modernes.

Le prélat avait repris un héritage particulièrement difficile.

Depuis la seconde moitié du XVI^e siècle, des troubles religieux agitaient le pays. L'avènement de la Renaissance, au climat purement humain, à l'« antique », avec des principes de vie nouvelle, plus aérée, avait eu de larges répercussions au sein du monde religieux. Aux écrits patristiques et dévotieux, que l'on rencontrait jadis dans la bibliothèque claustrale ou dans les cellules de moines et chanoines, s'étaient substituées les œuvres de la littérature classique ainsi que les travaux du grand maître de l'époque, Erasme de Rotterdam. On a prétendu que l'ignorance des clercs, perdus par la dialectique et la scolastique au déclin du Moyen Age, avait ouvert la voie à la pénétration de l'hérésie [1]). La chose est possible. Mais il n'est pas exclu

[1]) Sur l'ignorance des « pasteurs qui, tant dans les villes que les villages, étaient incapables, non seulement de réfuter les erreurs, mais même de distinguer l'hérésie de la vraie doctrine », voir F. Willocx, *L'introduction des décrets du Concile de Trente dans les Pays-Bas et la principauté de Liège* (Université de Louvain. Recueil des travaux publiés par les membres des conférences d'Histoire et de Philologie, 2^e série, 14^e fascicule), Louvain, 1929, p. 18 et suiv. Quant à la pénétration des œuvres classiques dans les bibliothèques des clercs, on peut consulter les séries de testaments, rédigés par chanoines et chapelains des grandes églises capitulaires, et, parmi autres, ceux du clergé bruxellois, conservés en abondance. Pl. Lefèvre, *L'organisation ecclésiastique de la ville de Bruxelles au Moyen Age* (même Recueil, 3^e sér., 11^e fasc.), Louvain, 1942, p. 235 et suiv. — En ce qui concerne les monastères, des listes de livres, achetés et conservés par l'abbaye

que la lecture assidue des productions du célèbre humaniste, cité à l'instant, — bien que celui-ci se soit toujours défendu d'adhérer aux théories subversives des novateurs, — ait été totalement étrangère à la création d'un climat susceptible d'être infecté, tôt ou tard, par l'erreur protestante.

Quoi qu'il en soit, lorsque Valentijs prit en main le gouvernail de la barque d'Averbode, celle-ci avait été secouée pendant plus d'un demi-siècle, sur une mer houleuse et semée de récifs[2]).

Un de ses prédécesseurs, Gilles Heijns, alias Sommers, (1566-1574), tenta de redresser la situation, avec un zèle louable. Pour ramener l'observance, trop affaiblie depuis longtemps au sein de la communauté, il voulut partir de la jeune génération, qu'il rallia rapidement à ses vues. Remuer les anciens paraissait moins facile, étant donné leur âge et les habitudes qu'ils avaient prises de longue date. Hélas! l'œuvre aboutit à un échec total. Le prélat n'avait eu d'attention que pour les billevesées de jouvenceaux, sans expérience vécue, et devint lui-même la victime de leurs juvéniles illusions. Il ne fit aucun effort pour trouver un appui, — ne fût-ce qu'en demandant leur avis, — auprès de religieux plus mûris par la connaissance des hommes et des choses. Pitoyable administrateur, il consacra peu de soin à l'état du patrimoine et de l'économie de la maison... pour ne pas dire plus. Un fossé se creusa, au sein de celle-ci, entre la génération montante, à l'esprit ardent, sans doute, mais dépourvu, — hier comme aujourd'hui, — de sagesse et de discrétion, et les chanoines

d'Averbode, ont été publiées ici-même, t. XXXV, 1960, p. 62-113 et 217-336. — A propos d'Erasme et de son influence, voir J. Huizinga, *Erasmus*, Haarlem, 1947. Un exemple de la faveur, accordée à sa production littéraire, se trouve dans le catalogue de la bibliothèque privée d'un moine ayant reçu dispense de ses vœux, Walter Stoleken († 1538), curé de Willebroek, conservé aux Archives générales du Royaume à Bruxelles, Archives ecclésiastiques (sigle = A.G.R.B. ar. ecc.), n° 21406. Des cent-soixante-deux ouvrages y recensés, vingt-sept sont des travaux d'Erasme.

2) A propos de l'abbatiat de Heijns voir P.E. Valvekens, *Een Premonstratenzer abdij in het midden van de XVI^e eeuw* (Bibliotheca Flandro-Belgica historica), s.d. et l. [1938], p. 98-142. Épinglons le jugement sévère de l'auteur, qui ne cache pourtant pas une certaine admiration pour l'œuvre courageuse de Heijns : « Dit abbatiaat zou alzijdig een model geweest zijn indien Heijns een beter administrator en een beter menschenkenner was geweest. Zijn administratie was inderdaad slecht. Zijn menschenkennis stond beneden peil. Hij is er niet in geslaagd een beweging los te doen komen, die geschraagd werd door de overtuiging van stevige personaliteiten. Door uitsluitend te steunen op jonge menschen van zijn eigen makelij, bracht hij zijn geheel oeuvre in gevaar. En het was zijn schuld dat de kloof tusschen jongeren en ouderen, die tijdens de latere jaren zoo veel kwaad zou teweegbrengen, zo diep werd geslaen ».

plus rompus aux réalités par le temps. Ces derniers souriaient parfois d'un œil amusé devant la répétition incessante des maladresses de l'abbé, dont ils finirent par se méfier souverainement.

Après la mort de Heyns, l'élection de son successeur ne put sortir ses effets, suite aux troubles causés par les rebelles. Les États du pays, qui s'étaient substitués au souverain légitime, désignèrent en 1577 un chef provisoire, Arnould de Leefdael. Il ne fut pas reconnu par tous. Le pillage du monastère en 1578 par les gueux casimiriens, dispersa la communauté, qui alla vivre, vaille que vaille, en groupes totalement indépendants. Lors du décès, en 1584, de l'investit par les États, le roi Philippe II, qui avait repris le pouvoir, désigna le prieur, Arnould van der Heijden, comme successeur immédiat de l'abbé Heyns. Le nouveau prélat eut le grand mérite de réunir sous sa houlette, au refuge d'Averbode, à Diest, le troupeau disloqué, en attendant des temps meilleurs [3]).

A sa mort, après quelques palabres, ce fut au tour de Mathias Valentijns d'entrer en scène.

On connaît l'ampleur et la signification de l'activité réformatrice, que lui permit de déployer sa longue gestion. Malgré sa rigueur extrême, — parfois impitoyable, — dans l'application des réformes prescrites au sein de l'Ordre par les Chapitres généraux, tenus de 1605 à 1630, et dont le texte fut imprimé dans une nouvelle codification statutaire peu après, Valentijns parvint à se faire estimer et aimer de tous, religieux conventuels ou extra-conventuels. A son décès, survenu le 12 mars 1635, on parla de préparer un dossier pour sa béatification. Sa mémoire fut retenue comme celle du second fondateur d'Averbode [4]).

[3]) P. E. Valvekens, *Arnold van Leefdael, prelaat der abdij van Averbode* († 1584), Brugge, 1943. — Arnould van der Heijden (1585-1588) avait reçu ordre du prélat de Parc, par lettre du 13 juillet 1584, de reprendre la vie régulière à Diest avec tous les religieux et les curés qui ne pouvaient plus demeurer dans la paroisse qu'ils desservaient. Extrait de la lettre dans Pl. Lefèvre, *Arnould de Leefdael, abbé d'Averbode à l'époque des troubles religieux du XVI^e siècle* dans *Bulletin de l'Académie royale d'archéologie de Belgique*, 1923, p. 48, note 2.

[4]) Faits et gestes de l'abbé Valentijns (1591-1535) dans Pl. F. Lefèvre, *L'abbaye norbertine d'Averbode pendant l'époque moderne (1591-1797)*, Louvain, 1924. t. I, p. 4-11, — Dans sa chronique du monastère, l'abbé Étienne van der Stegen (1698-1725) écrit : « Tantae D. Mathias habebatur venerationis apud plerosque seculares et ecclesiasticos, maxime apud domesticos suos subditos, ut quicumque sub ipsius regimine sive intra sive extra monasterii limites degebant, ipsum tanquam sanctum atque in via salutis perfectum venerati sint, imo quidem collectas pro officio et missa ad ipsius honorem celebrandis composuerunt, quod tamen non omnino laudo ». Donnant à la fin de sa

Ce n'est pas, sans quelque nostalgie, que je reviens ici, après cinquante ans, à une figure qui fit l'objet de mon enthousiasme juvénile. Celui-ci, faut il le dire, fut ramené à plus d'objectivité par un illustre maître, l'inoubliable chanoine Cauchie. Une fois de plus, je suis heureux de pouvoir rendre hommage au fondateur de l'école historique de Louvain, qui dirigea mes premiers pas dans l'apprentissage de cette discipline. Il rappelait souvent la réflexion, combien pertinente, d'un historien romain assurant que seuls l'âge et la raison apprennent à l'homme *id quod est difficillimum : ex sapientia modum* [5]).

Un des buts de la présente publication était de réimprimer la teneur de l'éloge funèbre de l'un des personnages les plus marquants dont la galerie des abbés d'Averbode, durant les Temps Modernes, ait gardé les traits. Il fut prononcé par un religieux d'Averbode, Pierre Waldt, curé de la paroisse voisine de Testelt, au moment où la dépouille mortelle du prélat fut ensevelie dans la chapelle Saint-Jean-Baptiste de l'ancien temple roman du monastère. Imprimé à Louvain, chez Masius en 1635, le texte est devenu une rareté bibliographique [6]).

En lisant ce pathos pompeux, coutumier de l'époque, qui ferait pâlir les hagiographes du Moyen Age, on se prendrait volontiers à n'y voir qu'une prose élégiaque, dépourvue de toute objectivité. Ce jugement, pensons-nous, ne serait pas équitable.

Les témoignages qu'on y trouve, sans aucun doute, sont couverts d'épaisses fumées d'encens, mais attestent combien profonde fut l'admiration du défunt parmi les siens, suite à sa vertu et à son activité débordante. On peut, du reste, les contrôler, et après contrôle, ils s'avèrent comme objectifs. Ce que l'on sait déjà de l'histoire de cet abbatiat, et les quelques documents, encore inédits, publiés plus loin, en fournissent la preuve irrécusable. Ils montrent l'abbé soucieux de remonter l'état de sa maison, si longuement et si durement éprouvée

notice biographique l'épitaphe, placée sur la pierre tombale du défunt, il y relève les mots : « ...abbas hujus monasterii dignissimus, ejusdem in spiritualibus et temporalibus restaurator et quasi alter fundator... ». *Chronicon succinctum... ecclesiae abbatialis in Averbodio...*, Archives de l'abbaye d'Averbode, à Averbode (sigle = A.Av.) sect. I, reg. 173, p. 85 et 87.

5) Tacite, *Agricola*, IV.

6) Annexe nº V. — Sur Pierre Waldt, religieux d'Averbode de 1618 à 1636, voir L. Goovaerts, *Écrivains, artistes et savants de l'ordre de Prémontré*, Bruxelles, 1902, t. II, p. 361.

depuis plus de trente ans. On y lira les mesures prescrites par lui, dès le retour des religieux à Averbode, pour reprendre l'observance disciplinaire sous toutes ses formes [7]), quelques lettres adressées à des chanoines externes, en particulier au prévôt d'une communauté de moniales, soumises à la juridiction du chef d'Averbode, et qui ne donnaient pas l'exemple d'une insigne régularité [8]), enfin le texte du testament spirituel rédigé par Valentijns en 1603 et signé une seconde fois en 1621 [9]).

Ces informations montrent la vigilance du prélat pour maintenir ou reprendre la tradition de l'Ordre dans toute sa rigueur. Il le fit avec autant d'acharnement que celui mis parfois par d'autres à la décontracter, voire à la détruire.

[7]) Programme des réformes de la vie conventuelle en 1605, annexe n° I.

[8]) Lettres au prévôt de Keyserbosch du 22 juin 1604, et à Jean de Résimont, étudiant à Louvain, du 12 septembre 1606, en annexe n^{os} II et III. Ce dernier, liégeois de naissance, fut religieux d'Averbode de 1578 à 1638. Homme au verbe brillant, il remplit plusieurs missions auprès des Archiducs pour plaider la cause des catholiques hollandais contre les hérétiques et les rebelles. Il devint, dans la suite, curé de Wezemaal. L. Goovaerts, *o.c.*, t. II, p. 86. — Jean Godefridi, alias Guens, de Koersel, fut religieux d'Averbode de 1551 à 1618. Il exerça les fonctions de prévôt à Keyserbosch, un parthénon de moniales dépendant d'Averbode, depuis 1561 jusqu'à sa mort. A.Av., reg. 105, fol. 119. Dans la lettre que lui adresse Valentijns, il est question de Jean de Zuetendael, né a Westerlo et religieux d'Averbode de 1573 à 1618. A. Av., I, reg. 105, fol. 137v°, où est rapportée sa réconciliation avec l'abbé « quem variis prevaricationibus graviter offenderat ». Il écrivit un opuscule portant comme titre : *Brevis explicatio amarissimae passionis D.N. Jesu Christi, secundum quatuor evangelia*, conservé aux mêmes archives, IV, reg. 172.

[9]) Annexe n° IV. — La division des biens, et des registres les décrivant, d'après leur situation en Brabant ou en terre liégeoise, dont mention dans le testament, a été maintenue jusqu'à la fin de l'Ancien Régime. Dans les endroits, cités par le même texte : Sterksel (Brabant septentrional), Oostham (pr. Limbourg, ar. Hasselt, c. Beringen), Varendonk (pr. Anvers, ar. Turnhout, c. Westerlo), Wahenges, dép. L'Ecluse (pr. Brabant, ar. Louvain, c. Tirlemont), l'abbaye possédait des fermes depuis le XII^{e} siècle. Le relief à faire auprès de la cour féodale de Kuringen (pr. Limbourg, ar. c. Hasselt) portait sur le tiers de la dîme de Rummen (pr. Brabant, ar. Louvain, c. Léau), donnée à Averbode en 1243. — A propos des relations suivies de Valentijns avec les Archiducs, E. Van der Steghen écrit, dans sa chronique d'Averbode (A. Av., I, reg. 173, p. 83), que celles-ci furent poussées » adeo ut, in erigendo templo et domo B.M.V. Aspricollensis, saepe ad monasterium nostrum diverterint, atque administrationem sancti illius loci Aspericollis cordialiter D. Mathiae, suisque successoribus, obtulerint, in quo humilis abbas se excusavit ». C'est, sans doute, en mémoire de ce fait que l'abbé fit exécuter, en 1614, un ex-voto en l'honneur de N.D. de Montaigu, avec l'inscription : *O Maria Aspricollensis, ora pro Mathia abbate, ejusque confratribus et familiaribus*, souvenir détruit, hélas, par l'incendie de 1942. Voir sa reproduction dans J.Fr. Pallemaerts, *Histoire de N.D. de Montaigu*, s.l., 1937, II, p. 21.

L'histoire est le mémorial des efficiences et surtout des déficiences de l'humanité. Acharnée dans la recherche à travers sommets et abîmes qui jalonnent le chemin du temps, elle finit toujours par redécouvrir, — et pour révéler alors impitoyablement et sans ménager personne, — ce qui était oublié depuis longtemps, ou demeuré sous le sceau du plus grand secret. A l'heure où l'on nous abreuve de renouveau et de progrès, il est bon de s'en souvenir. Le présent n'est pas parachuté du Ciel, il plonge ses racines dans le passé et aura sa répercussion dans l'avenir. D'aucuns semblent l'ignorer, voire le nier. Ceci fit écrire à un auteur récent, — qui n'est précisément pas le premier venu, — une phrase percutante : « L'aggiornamento que l'on nous propose et prétendrait nous imposer, c'est celui qui consiste simplement à larguer toute tradition, pour sauter au cou d'une futurité dont personne ne sait au juste quelle sera la figure» [10]).

Pl. Lefèvre.

ANNEXES

I. *1605, novembre 26. — Programme pour la reprise de la vie conventuelle.*

Haec quoque, reformationis gratia, a Rdo Patre, Mathia Valentini, pridie primae dominicae Adventus addita sunt, hora secunda post prandium, anno 1605.

Ut ad pleniorem divini officii observationem gradatim ascendamus, prima deinceps omni die devote et decenter cantabitur.

Stationes ante capitulum et completorium, nobis in hoc Capitulo generali injunctae, fient in domo capitulari, donec alius deputabitur locus; ad has vero, signo dato, fratres e vestigio venire non different, nullique conventualium sine speciali venia abesse licebit, atque hic fratres in animi preparatione piisque meditationibus perseverabunt quousque domino Priori, vel tunc praesidenti, visum fuerit capitulum vel completorium incipere. Verum feriis sextis, loco stationis ante completorium, fratres juniores, a subdiacono usque ad ultimum vestitum, circiter quadrantem horae, per ordinem exhortatiunculam piam habebunt. Deinde, quando non habetur lectio, stationes ante vesperas in ambitu vel in capitulo, ad finem ut supra, servabuntur, atque

10) L. Bouyer, *La décomposition du catholicisme* (coll. Présence et Pensée), Aubier Montaigne, [1968], p. 64.

primo pulsu ad vesperas incepto, omnes fratres ad eas accelerabunt, sic ut ante hujus pulsus finem nullus, sub poena correctionis, desideretur. Jam vero ubi finalis ad vesperas pulsus cessaverit, conventualiter omnes, juxtra vestrum ordinem, chorum simul intrabitis.

Ut simus sine omni scrupulo, missa dicta bladalis, ab exilii nostri initio huc usque omissa, jam denique resumetur, celebranda hieme juxta medium sextae, et aestate circa medium quintae, feriis quidem tertiis et sextis a sacerdote habente cursum missae sanctae Mariae, feria vero quarta et sabbatho ab eo qui missarum Ordinis cursum explevit, dominico autem die et feriis secundis et quintis a domino Priore et Provisore vicissim, qui, hoc jam suscepto onere, ab aliis missis, quas in aliorum fratrum sublevamen adhuc in cursu existentium celebrarunt, liberi erunt. Itaque quisque pro suo cursu earum curam habebit. Porro quando dominus Prior in sua septimana festo duplici vel triplici impeditus, dictas missas celebrare non poterit, dominus Provisor ejus vices supplebit, et ego hujus loco, quando aberit, celebrabo. Solebat haec speciales quidem habere missas, sed cum ejus fundatio, meo saltem judicio, nos ad has obligare non videatur, solis feriis secundis *Requiem*, aliis vero diebus pro devotione celebrantis missa legi poterit, dummodo applicetur ad satisfaciendum ejusdem fundatoris intentioni, idque tantisper donec forte melius instructus, consuetas injunxero; quas si fortasse quis observare cupiat, sic praescriptas invenio : dominica *Requiem*, feria 2ª de sancto Joanne Baptista, 3ª de sancto Petro, 4ª de sancto Stephano, 5ª de sancto Laurentio, 6ª de sancto Vincentio, sabbato de sancta Maria.

Capitulum posthac non amplius post primam, sed juxta hujus Capituli generalis decretum, immediate ante tertiam servabitur, et ante capitulum nemo nisi magister infirmorum, infirmum habens, vel specialem domini Prioris licentiam habens, claustrum exibit.

Deambulationes extra monasterium ordinarie singulis mensibus permittuntur, attamen non sine speciali venia extra limites fossis cinctas, et ubi aura grata erit, fient hae in menstrualibus recreationibus, quae deinceps non amplius praevenientur, sed suo quoque mense habebuntur; verum in Adventu et Quadragesima non nisi post summum sacrum incipientur.

Quoniam religiosi in mensa lectioni, durante refectione continuandae, nisi a domino Priore cum causa subinde dispensetur, attendere diligenter tenentur, non convenit ut propinando se invicem interpellent. Hinc consuetudo mutuo praebibendi inter fratres nostros deinceps omnino sublata erit, nisi forte, animi gratia, lubeat hac in recreationibus et triplicibus uti.

Quando sacerdos missam celebraturus chorum intrat, sed non sub versu *Gloria Patri*, etc., tunc totus conventus huic, se versus chorum inclinanti, vicissim reverentiam reddet, cogitans hic non confratres sed Christi ministros honorari.

Hactenus observavi fratres nimis inordinate et confuse exire et intrare chorum, ideoque injungo ut deinceps ministri, sub horis exituri et intraturi, invicem observent et expectent, quatenus simul secundum ordinem suum egrediantur et revertantur.

Thuribularius semper thus ad manus habebit quando diaconus ab abbate benedictionem super evangelium petit, ut et ipse sine mora succedat, benedictionem super thus accepturus.

Pulsus campanae ad horas quandoque nimis indecenter abbreviatur, maxime quando primo pulsatur ad vesperas, ad quas primus pulsus saltem ad horae unius quadrantem continuandus foret. Emendetur igitur haec negligentia, et deinceps, tam ad vesperas quam ad alias horas, pulsetur juxta regulam honestatis et pietatis.

Tempus meditandi alias constitutum fratres pie et fructuose deinceps observare studebunt, recolentes serio Dei beneficia et vocationis suae debita.

Dominus Provisor veniet deinceps omni feria sexta ad capitulum, cum reliquis fratribus disciplinam, atque etiam, si meruerit, correctionem, suscepturus. Deinde omni die sub prima ad ecclesiam veniet, vel missam vel horas suas lecturus, sive aliis orationibus vacaturus. Insuper ordinem concionandi cum reliquis fratribus servabit; dominicis vero diebus et festis celebribus, sub prima missa, saltem usque ad evangelium, in choro comparebit. Haec si sine legitima causa observare neglexerit, correctioni a domino Priore vel Suppriore subjiciatur.

A. Av., I, liasse 2; copia ibidem, IV, reg. 173, fol. 253-255.

II. *1604, juin 22. — Lettre au prévôt de Keyserbosch, Jean Godefridi, alias Guens.*

Venerabilis domine Praeposite,

Rem mihi fecisti pergratam admonendo me ac sororem Hembrich. Nam si vera sunt quae aliorum relatu recepi, non solum admoneri, sed etiam corrigi meruit, vel solo scandalo unius nimia familiaritate dato, cui si jam valedixerit, gaudeo, sin minus, per d. Priorissam compellenda erit vel abjicienda, ne unius exemplum plures ad pernitiem protrahat. Deinde omnes paulatim abusus tollere conaberis. Etenim,

si aliquibus credam, vestrum monasterium non adeo bene audit tam de servanda castitate quam de observatione habitus, qui a seculari parum discrepare dicitur, nisi quod sit candidus. Mira sane res, quod nostrum profiteantur Ordinem cujus scapulare portare erubescunt vel detrectant. Meo sane judicio, salvo tamen meliori, talibus expediret manere in seculo quam in monasterio pro lubitu vivere. Quandoquidem, sicut Deus ex toto corde diligendus est, ita et Ordo susceptus ex integro forinsecus et intus servandus est, aut alioquin non coronam, sed damnationem augebit. Ideoque ipsas deinceps sui Ordinis ac professionis observatissimas exopto, quatenus bonus earum odor vicissim longe lateque emittatur. Preterea perge easdem exhortari et admonitionibus eatenus fatigare, quatenus sese ad commune recipiant dormitorium, ubi primum accommodatum erit. Hoc enim non tantum decet, verum etiam plane oportet ad bonam intituendam et servandam disciplinam. Hanc igitur si domina Priorissa studeat observare, quod spero, non poterit non suas sorores omnes ad commune reducere dormitorium.

De fratre Joanne Zutendalio hoc habe quod suo detrahendo superiore, neminem magis laedat et infamet quam seipsum. Hunc vero tanti facio quanti valet, et de eodem suum cuique relinquo judicium, indifferenter ferens quomodo hic a quoquam excipiatur. Nam et ego eumdem in gratiam recipere paratus sum, mediante restitutione, et, juxta statuta nostra, humiliatione; alias egre nostro reconciliabitur monasterio, me saltem praesidente.

His te, omnesque tibi commissas sorores, in Christo diutissime feliciter valere exopto

Raptim, hac 22 junii 1604.

Vester frater, Mathias Valentini, quem nosti.

Venerabili domino Johanni Godefridi, pervigili praeposito in Keyserbosch.

A. Av., I reg. 276, fol. 4v°.

III. *1606, septembre 12. — Lettre adressée par le prélat à Jean de Résimont, alors étudiant à Louvain.*

Pacem Christi in salutem. Dilecte frater Joannes.

Non uti meticulosus, qualem tu me depingis fratribus nostris, atque tibi pro voto exeundi ac discurendi libertatem ademi, sed disciplinae causa factum cogita, quam si instar bonorum religiosorum

amaveritis, regulam vobis a me hic constitutam strictissime observare studete; nam hanc mutandi rationem non invenio, nec sufficientem in tuis adduxisti litteris, maxime cum petentibus singulis feriis quintis deambulandi circa civitatem gratiam a domino Praeside concedi existimo. Tu vero si modo Bruxellas et in Flandriam proficiscendi singularem habeas necessitatem, iterato R.D .Parcensem adito, tum te de objectis purgaturus, tum insuper exeundi consensum petiturus. Quem si rursus recusaverit, vel denuo ad me te remiserit, secundo requires, sed cum termino quem pro vestris negotiis exequendis petis. Volo enim ut quam brevissime expedias, aut non aliud a me expecta quam pastoratum, etiam si aliquem nostrorum revocare cogerer.

His impresentiarum omnia perstringo, tibi in multos annos prosperam valetudinem, et humillime in omnibus obtemperandi spiritum exoptans.

Averbodii, hac 12 septembris 1606.

Vester pater et confrater
Mathias Valentini.

Venerabili domino ac fratri Joanni de Resimont, studioso in collegio Praemonstratensium, Lovanii.

A. Av., I, reg. 276, fol. 20v°-21.

IV. *1603, septembre 10 et 1621, avril 15. — Testament spirituel de l'abbé Valentijns.*

In misericordissimi Dei manus, nunc et in mortis meae hora, animam et corpus meum commendans, scripto hoc teste, protestor me non in alia velle fide vitam meam finire quam tenet atque docet sancta, catholica, apostolica romanaque mater Ecclesia, extra quam nec salutarem fidem, nec doctrinam esse credo. Nichilominus cognosco meam, proh dolor! vitam huic fidei in omnibus non fuisse conformem, Deumque meum et proximum in pluribus offendisse, et infinitas, tam circa divinum officium quam circa alias nostras functiones, negligentias commisisse; de quibus omnibus et singulis meis culpis, suppliciter atque humillime, veniam deprecor, petens, non meis meritis, sed ineffabili Dei misericordia, atque amarissima passione et morte nostri salvatoris, Jesu Christi, vel quasi per ignem salvari, mihi, bonorum operum pauperrimo quoque, suffragantibus beatae Mariae virginis, sancti Joannis Baptistae, sancti Mathiae apostoli, sancti Laurentii

martyris, sanctorum confessorum Augustini et Norberti, sanctorumque omnium meritis, simul et fratrum nostrorum et cunctorum fidelium precibus adjuvantibus, Deus optimus et misericors, qui non vult peccatoris damnationem, mihi peccatori predictis omnibus intercedentibus, vitam concedere aeternam, et fratribus nostris timoratum et disciplinae monasticae candidatum praelatum.

Si commode fieri poterit, sepeliar in monasterio, juxta aliquem patrum aut praedecessorum meorum, sin minus, honesto in loco alicujus ecclesiae, ritu Ordinis, sine pompa mundana, simpliciter observato, pias vero et largas eleemosinas pro animae meae refrigerio dari rogo. Deinde non suffragiorum debitum solum requiro, sed gratiosam mei memoriam, etiam in sacrificiis et precibus omnium fratrum, sine intermissione habere supplico.

Quod si vero novi abbatis deputatio in longum forte tempus protraheretur, non gravabuntur fratres ante hujus introductionem celebrare nostras exequias; prestat enim has per successorem repeti, quam ad annum vel ulterius differri. Attamen, duce jam presente, solito breviorem spero expeditionem.

Porro, fratres charissimi, ne inter vos salutaris disciplinae observatio, cum multorum scandalo, et ad Ordinis nostrique ignominiam et animarum vestrarum detrimentum, remittatur atque dissolvatur, vos per vestram obtestor salutem, ut charitatis, unitatis et pacis vincula servare solliciti sitis, et domino Priori moderno, sede vacante, non secus atque abbati obtemperetis; quae quidem non tantum peto, sed et instar testamenti vobis omnibus ex equo relinquo. Hoc autem qui infringere praesumpserint, degeneris et rebellis filii mercedem a Patre coelesti recipient. Si quae, igitur, pietatis viscera erga patrem defunctum in vobis resideant, huic, non meo, sed evangelico aquiescite testamento.

Peracta vero sepultura, statim duo fratres fideles, atque nulla ex parte suspecti, cum monasterii sigillis ad patrem abbatem, juxta statuta nostri Ordinis, mittentur; an vero claves quoque ei mittendae erunt subdubito, ideoque hoc ex domino Pastore in Coorsel, vel aliis senioribus petendum erit, et hii a patre abbate dimissi petent. Bruxellis, commissarios ad novum abbatem eligendum sollicitabunt. In emittendis vero votis, rogo obnixe ut fratres omnes et singuli, non carnalis affectus, sed timoratae conscientiae dictamen sequantur, non alium quaerentes abbatem quam timoratum disciplinae candidatum, monasterii studiosum, nulla unquam ignominia ac scandalosa vita notatum, bene vel saltem mediocriter doctum, simulque frugalem patrem

familias; nam, credite mihi, sine frugali parcitate monasterium salvum persistere non valebit, nedum in integrum restitui.

Die electionis a dominis commissariis prefixo, omnes fratres ad eumdem convocabuntur. Quod si forte a dominis commissariis registra monasterii exhibenda exiguntur, fiat ea, qua poterit, modestia et benevola tergiversatio atque excusatio, quia hoc nunquam factum existimo. Attamen si ostenderent specialem commissionem haec examinandi et perlustrandi, tantum registra, bona et emolumenta sub Brabantia continentia, tradantur; nullo enim justo titulo bonorum nostrorum Leodiensium examen praetendere possunt. Idemque judico de bonis conventualibus, salvo tamen meliori judicio; metuens vero tale quid forte successu temporis eventurum, incepi registra secundum patriam distinguere, excepto conventuali registro, jam et conventus proventus distincte habentur.

Suffragiis jam absolutis, domini commissarii, totius conventus nomine, rogandi erunt ut domino Priori, cum uno tantum confratre, sive pastore sive conventuali idoneo, monasterium, sede vacante, regendum in spiritualibus et temporalibus committant, nulla alia mutatione facta, nam pluritas rectorum et mutatio officiatorum nunquam, maxime principali capite desiderato, [nisi] perturbationem et dissolutionem infert. Preterea etiam, ut supra, orandi erunt ut votorum expeditionem formalem accelerare dignentur, inquantum fieri poterit, eamque quam brevissime suae Celsitudini tradere.

Omnibus vero jam peractis, de commissariis suum honorarium persovendum erit, quod dietim, pro quolibet, ad sex carolos computari existimo, diebus profectionis inclusis. Insuper servitoribus eorum bibale dari puto.

Ab eorum discessu, paulo post, sollicitandum erit ut vota collecta ad ordinem debitum redacta, suae Celsitudini tradere velint. Hoc ubi factum esse constiterit, conventus, per unum vel plures bonos et fideles amicos et monasterii fautores, sine partialitate, denominationem abbatis apud suam Celsitudinem urgere et instanter prosequi curabit, ne forte negligentia et tarditas expeditionem solicitandi monasterium maxima afflictione et damno afficiant, et cum, hoc tempore, pro dolor, quam plurimi sunt qui esuriunt non onera sed emolumenta monasteriorum. Itaque hic advigiletur ne culpa propria perpetuum inferat dolores et maerores. Sede vacante, studeant rectores omnibus modis evitare processus, ubi, salva jurisdictione et justitia, fieri poterit, in quo et successorem admonitum peto. Attamen jurisdictiones monasterii nullo modo negligere poterit, quae maxime impugnari et

infestari solent, in Stercksel, Quaetmol, Varendonck et Waheijns, de quibus modo adhuc existant lites indeterminatae, praeter in Sterxel. De Sterxel et Waheijns modo, 1621, nihil litis est, sed e Quaetmol adhuc durat, licet Leodii, Coloniae et Spirae triumphavimus. Quare dico pro dolor! quod in causa tam justa finem et executionem obtinere nequeamus.

Nuntio denominati abbatis a monasterio accepto, idem statim deputato abbati insinuabitur, qui cum uno rectorum perget Bruxellam, expeditionem suae denominationis prosecuturus; et hac obtenta, petet a dominis commissariis diem ipsum introducendi constitui, ad quem fratres rursum omnes convocabuntur. Dominis commissariis post introductionem cum gratiarum actione dimissis, absque mora curabit novus abbas a patre abbate, vel hoc defuncto, a Praemonstratensi, consecrationem accipiendi facultatem obtinere, et hac accepta, a suffraganeo episcopi Leodiensis munus benedictionis sibi conferri potest, nam ab alio episcopo petere nullo modo consultum est, quamvis praeter aequitatem jura consecrationis Leodii exaggerent.

Post munus benedictionis non tardabit novus abbas confirmationem a Summo Pontifice obtinere, nam licet ego hoc, multis adversitatibus impeditus, non fecerim, tamen me aucthore, successor meus hoc non preteribit. Annatae enim nostri monasterii ascendent per se tantum ad centum ducatos Camerae, licet duplicentur forte large, aliis juribus et accidentibus concurrentibus.

Post introductionem novus abbas statim incipiet examinare disciplinam conventus, quam reformare non differet si opus fuerit. Deinde regiment familiae discutiet, et pro viribus studebit ad certam formam revocare. Porro ad registra recurret, visurus statum monasterii, precipue et in primis registra feudalia percurret, nam ubi abbas homo feudalis inscriptus habetur, extemplo relevationem procurare debebit, nisi damnum incurrat. Maxime vero invigilare debet ut feudum in Curingen ab episcopo Leodiensi relevetur sub consuetis juribus, quae semper adaugere laborant.

Paenitudine facti persepius ductus successi, suadeo nullum monasterii receptorem, sive aedium inquilinum, ad vitam suam continuare, sed maneant ad beneplacitum abbatis amovibiles. Hoc enim decet et expedit tam abbati quam monasterio. Verum aliquem amovere, sine causa, in gratiam alterius nullatenus faciendum arbitror, neque aliquem officiatorum, sive in monasterio, sive extra, sine notabili culpa, suo officio vel beneficio privandum judico; omnes itaque officiatos fideles et obsequiosos, intus atque foris, commendatos peto.

His valedicens, Dei misericordiae et vestris precibus unice me commendo, unumque hoc peto a Domino ut habitem in domo ejus omnibus diebus vitae meae. Anno 1603, septembris 10ª.

Iterum perlegi anno 1621, aprilis 15ª.

Titre : Memoriale fratris Mathiae Valentini, propria manu ipsius scriptum.

A. Av., I, reg. 224, fol. 125-128, (copie souvent fautive).

V. Laudatio Funebris in Obitum Admodum R^di^ & Amplissimi Domini, D. Mathiae Valentini Coerselii, in Monasterio Averbodiensi Canonicorum Ord. Praemonstratensis Abbati Meritissim, habita in eodem Monasterio coram R^do^ Admodum Domino Abbate Tonderloensi & aliis ejusdem & aliorum Ordinum religiosis, anno millesimo sexcentesimo trigesimo quinto die 15 Martii, auctore Fratre Petro Waldt, eiusdem Ecclesiae Canonico & Pastore in Testelt.

Lovanii, Apud Bernardinum Masium Typogr. Iurat. Anno M.DC. XXXV.

Matthiam Valentini, ecclesiae hujus abbatem dignissimum (auditores amplissimi), virum viriliter virum, patrem paterne patrem, vivum novimus, mortuum habemus, sepeliendum tractamus & quasi pretiosum thesaurum abditis terrae visceribus abscondendum tradimus.

Optandum quidem fuerat ut oculis omnium in omnem aeternitatem expositus omnium animos in se converteret, omnes ad suarum virtutum imitationem alliceret, sed quia invidisa morte praepediente id fieri non potuit, visum fuit ex pluribus pauciora, pro brevitate temporis mihi concessa, licet non nisi rudiori penicillo delineata proponere, eaque unius mediae horae curriculo absolvere. At quoniam auguratur animus eum jam in aeternis illis Beatorum sedibus sublimatum Deoque conjunctum, in quo quasi in limpidissimo speculo videt quae à nobis dicuntur, eundem in dicendo modum tenebo quem tenerem si praesens in vivis adesset, ut & ea quae dicturus sum veritati consonent, & id solum in ipso commendem quod ipse in rebus humanis solummodo commendandum ducebat. Ab avis igitur, proavis, abavis ac aliis quae nos non fecimus ipsi & à quibus verae laudis materiam desumendam negavit inane duxero argumentum.

Maturandam suasit seculi & peccatorum fugam, quod docuit ore, compleuit opere. Fugit ut Abraham, iter arripiens ad terram promissionis, fugit ut Loth neque post tergum respexit, fugit ut Jacob &

in ea demum terra conquievit in qua vidit scalas per quas itur in coelum: dedit enim in candido iuventutis flore nomen suum candidae Canonicorum norbertinorum familiae, in qua ita vixit ut iuvenis senibus, tyro veteranis, novitius exercitatis tanquam exemplum continentiae, tolerantiae, obedientiae omnis denique virtutis proponeretur.

Commendandam duxit Regulae & Statutorum observationem exactissimam. Quis aliquam vel in minimo transgressionem in ipso annotare potuit? Cujus etiam minimae trangressionis non fuit objurgator acerrimus? Colendam docuit paupertatem spiritus. An non in ipso completum vidimus illud Davidicum, *Divitiae si affluant, nolite cor apponere*? Castitatem servandam inculcavit. Nunquid omnes carnis spurcitias impolluto calle transivit? Attentionem aeque ac devotionem, tam in precibus quam in sacrificiis, depraedicabat. Quis in precibus illo devotior? Quis in sacrificiis attentior? Obedientiam victima meliorem proclamabat. Num aliquid unquam vel uspiam de ipsius inobedientia mussitatum? Reservatus fuit in ea tempora de quibus, cum sancto Hilario, exclamare potuit, O Deus in quae tempora me reservasti! Lethifera haereseos labes Belgium inficiebat, imagines prosternebantur, altaria evertebantur, templa destruebantur, sacerdotes captivabantur. Adstabat novellus adhuc sacerdos altari anno 1578, Augusti 24. Stante ad aram, irrupit impiorum manus armis & furibunda rabie in tantum desaeviens quod Venerabilem Eucharistiam, & Extremam Unctionem in templis asservari solitam prophanaverint, ecclesiam copiosa sanguinis effusione violaverint, & sacerdotem Dei, commemmorationi vivorum ante consecrationem devotius insistentem, violenter abstraxerint, vestes sacras extraxerint, captivum hinc inde distraxerint, majoribus pro justitia persequutionibus reservandum. Ex horum manibus liberatus, jubebatur in harum calamitatum concursu Matthias noster suscipere curam pastoralem, primitus in Cosen, postea in Bruesthem suscepit, lubens obediens filius & muneri sibi commisso strenue incumbens, errores ut zizania eradicavit, vitia ut spinas amputavit, malevolos ut lupos profugavit, Ecclesiam ut gregem collegit, orthodoxos tanquam frumentum congregavit, haereses ut paleas projecit.

Jussus postmodum, odore virtutum ejus se longius diffundente, abbatialem dignitatem adire, quanta in tanto viro non inobedientia, sed reluctantia, & honoris fuga! Electione facta & promulgata, in omnibus monasterii, addo Brabantiae, imo & Legiae locis publicabatur. Cecidit sors super Matthiam. Ille interim subterfugere

satagens, sanctissimo Patri suo Norberto non degener filius, immersus lachrymis, humeros suos tanto imposito oneri impares conquerebatur. Verum quo se indigniorem protestabatur, eo dignior ab omnibus proclamabatur.

Jacebat, proh dolor! hoc ipsum Averbodianum coenobium, fugatis religiosis, exutum redditibus, onustum debitis, decoloratum ruinis. Desolationem hanc magnam vidit, qui omnia videt Omnipotens, & huic tanto malo majus parans remedium, magnum virum Matthiam Valentini praefecit.

Abbas consecratus, quis explicet quanta sollicitudine provinciam illam adierit, qua sobrietate mensam instruxerit, qua dexteritate sua perfecerit, in qua humilitate se continuerit? Omnium somnos (loquor cum Seneca, optimum principum describente), illius vigilantia defendebat, omnium otium illius labor, omnium delitias illius industria, omnium vacationem illius operatio. Sciebat nullum animal morosius homine, noverat consequenter nullum majori arte tractandum. Quadraginta quatuor annorum spatio praefuit(utinam diutius praefuisset), vos ipsos quibus imperavit compello, suaviorem aut salubriorem regiminis modum desiderastis? Pulcherrimus nimirum est ordo, inquit quidam ss. Patrum, & saluberrimus, ut antequam portandum imponis, tu portes prior. Praedicabat verbo, praecedebat exemplo, consolabatur pusillanimes, suscipiebat infirmos, patiens erat ad omnes. Comis (ut s. Basilius, hom. 22, humilem describit), erga amicum, mansuetus erga domesticum, patiens erga temerarios, humanus erga humiles, in summa neminem contemnens, suavis in appellatione, alacer in responsione, dexter & expeditus universis, neque sua ipsius celebrans encomia, neque alios qui hoc faciant subornans, neque inhonestam de proximo famam admittens, & virtutes ac praerogativas suas, quantum fieri potuit, obtegens, sibi severus, aliis benignus, omnibus omnia, forma gregis factus ex animo, & spiritualia curans, & temporalia non negligens.

De refectorio silentii, abbatiali aula, bibliotheca, & contiguis aedificiis verum erat illud: *Nunc cinis est ubi Troia fuit.* His manum admovens restaurationem incepit anno virginei partus 1595, perfecit 1597, ac temporis successu bibliothecam libris, ecclesiam ornamentis, subditos religiosis moribus decoravit.

Perierat religiosa disciplina in Keyserbosch, & monasticae professae, obligationis suae immemores, tractabant indigna, à primaevo norbertinarum canonicarum instituto quam longissime aberrantes. Eo Matthias noster Valentini, ut pater abbas & visitator, si quid

sua vel arte vel industria valeret, non impigre properat. Obstabant quidem non solum nobilium potentia, Dei timore vacua, conversatio secularium assidua, liberius vivendi consuetudo inveterata, sed vel maxime foeminei sexus superbia pertinax. Quid inde? Instabat oportune importune, arguebat, increpabat, obsecrabat. Quid tandem? Reluctantes blanda quadam vi in suam sententiam pertraxit, vitia eradicavit, virtutes inseruit, proprietatem eliminavit, communem vitam induxit, scandala sustulit, aedifictionem attulit, seculares (adde quod verius) secularibus pejores inveniens, perfectiores aliis strictiorum Ordinum virginibus reliquit. Praeclari operis laudem apud posteros meruerunt & habent sanstissimarum religionum primi fundatores, sed ut cera mollis quamvis figuram facile recipit, indurata non item, sic mollia tam adolescentum quam adolescentularum ingenia, tempore novitiatus, regentis ductum facillime sequuntur. At qui in profundum malorum sunt prolapsi, quorum cervix induruit, qui nobilium gladiis in sua malitia defenduntur, qui ad instar phrenetici in medicum insaniunt, qui emendari renuunt, quis emendat, quis evincat? Tibi, Reuerende Admodum Dne Matthia Valentini, hic honor reservabatur, tibi diuina Providentia hoc munus injunxit, tu quae hominibus impossibilia videbantur numinis adjutorio perfecisti, te Caesarei nemoris alterum fundatorem suspicimus, te monasterii nostri Averbodiani tam in spiritualibus quam in temporalibus reformatorem veneramur. Quid memorem profusam in pauperes & religiosorum mendicantium monasteria liberalitatem? *Magnum*, inquit Chrysostomus (hom. 16 in 2 ad Corint), & *pretiosum vir misericors*. An non igitur magnus & pretiosus Matthias noster, vir misericordiarum, caecorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, solamen lugentium, refugium oppressorum, afflictorum patronus? Expertus loquor, pecuniae quas manibus meis infudit, ulterius effundendas in necessitates eorum qui, in Testelt, contagioni erant obnoxii, testimonium perhibent. Sed quid testimonium unius communitatis Testellensis allego? Sexcenti, septingenti, octingenti & plures, qui ex diversis locis, quaque septimana pro eleemosynis secundo ad monasterium ipsius accurrunt et, justa portione percepta, revertuntur, velint nolint adstipulabuntur. Atque ut sileam quae plene dici non possunt, eleemosinas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Quid proferam de fervore ipsius in orando, devotione in celebrando, assiduitate in templo? Occurrunt lachrymae quas, intimae compunctionis indices, ex ipsius celebrantis oculis profluentes vidimus; considero suspiria ab imo pectoris attracta, stupeo in senili corpore assiduam,

[27]) Il s'agit ici du chanoine A. Verhaegen (1885 - † 1934) dont notice au *Catalogus fratrum*, fol. 306, et étude de S. Vanderwaren, *Z.E.H. Adrianus-Josef Verhaegen Or.Praem. Een levensbeeld*, dans *Houd Hoger-op* (Orgaan van O.S. Tessenderlo), 1968, t. XIII, fasc. 3, p. 8-16. Parmi les collègues de ce professeur à Averbode, il faut citer en première ligne F. Wijndaele (1900 - † 1924), professeur d'Exégèse en 1911, ainsi que d'autres, mentionnés dans l'Annexe VII.

[28]) Sur les études universitaires des Prémontrés à Louvain, le collège y érigé vers 1571 pour leur résidence par les abbés de la province brabançonne, en particulier avec le concours de Gilles Heyns, prélat d'Averbode de 1566 à 1574, voir P. Valvekens, *Een Premonstratenzer abdij in het midden der XVI^e^ eeuw*, cité plus haut, p. 97-122 et P. Lefèvre, *Le collège des Prémontrés à Louvain*, dans *Anal.Praem.*, 1935, t. XI, p. 44-73; pour la période moderne P. Lefèvre, *L'abbaye norbertine d'Averbode*, *o.c.*, p. 170-173. Sur le Collège, érigé à Rome en 1626 par l'abbaye de Tongerlo, J.B. Valvekens, *Statuta Collegii Praemonstratensis in Urbe Roma*, dans *Anal.Praem.*, 1967, t. XLII, p. 154-163. On trouvera à l'Annexe n° VII deux listes chronologiques des étudiants qui prirent des grades à Louvain et à Rome durant l'abbatiat de G. Crets.

d'Averbode se réunit, au mois d'août 1910, le premier congrès marial flamand de notre pays [29]).

En toute chose, le prélat Crets prit à cœur de relever le niveau intellectuel au sein de son monastère. Si lui-même renonça à toute production théologique, devant les absorbantes fonctions d'un chef d'une grande abbaye, — elle avait pris une expansion dépassant de loin les murs du vieux moutier, — il encouragea toujours ses religieux qui prirent la plume pour élucider quelques aspects du savoir théologique, sociologique, littéraire et historique. Il avait lui-même un esprit curieux et attentif à l'égard de tout ce qui concernait le passé de son Ordre ou de sa maison. C'est un religieux d'Averbode, le chanoine Léon Goovaerts, qui entreprit en 1899 la publication d'un vaste recueil, destiné à faire connaître tous les ouvrages et articles publiés par les Prémontrés à toute époque et à tout endroit de leur existence. L'auteur allait achever le deuxième supplément de cette vaste compilation lorsque la mort le surprit en 1916. C'est, aujourd'hui encore, une mine inépuisable pour se documenter sur la production intellectuelle de l'Ordre. Elle n'a malheureusement plus été poursuivie depuis le décès du religieux. Celui-ci, il faut l'ajouter, avait réuni, par ses propres moyens, une collection importante d'ouvrages édités par ses confrères. Elle occupait une place spéciale au fond de la bibliothèque claustrale, aménagée par le prélat Crets dans l'ancienne résidence abbatiale. Elle fut consumée par l'incendie de 1942, allumé de plein fouet sous l'endroit où elle se trouvait. Prou ou rien n'en a pu être sauvé [30]).

C'est aussi avec la bénédiction du prélat Crets que fut créée en 1923 une Commission historique de l'ordre de Prémontré. Elle devait reprendre la publication d'une revue d'études et d'édition de textes

[29]) Les actes du congrès ont été publiés sous le titre *Eerste Nederlandsch Maria-Congres* (Averbode-België, 26-28 augustus 1910), Averbode, 1911.

[30]) L'œuvre du chanoine L. Goovaerts (1858 - † 1916, *Catalogus fratrum*, fol 301), *Ecrivains, artistes et savants de l'Ordre de Prémontré*, publiée par fasscicules succesifs, comprend aujourd'hui quatre tomes : I, Bruxelles, 1899-1902 et II, *Ibidem*, 1902-1907 avec noms de A à Z. Le tome III, 1907-1909, est un premier supplément A-Z, le tome IV, 1909-1917, un second supplément de A à Z. Au moment du décès de l'auteur, l'impression en était à la p. 304 du t. IV. J'ai été chargé de poursuivre l'impression des notices, trouvées dans la cellule du défunt, et d'un *Essai bibliographique de saint Norbert*, dressé par lui jusqu'en 1914. Dans l'In memoriam placé en fin du volume, j'ai annoncé la publication de deux index, qui n'ont pas paru jusqu'à présent. Ce serait œuvre très utile de le faire, en se servant et en complétant les fiches, dressées il y a plus de cinquante ans, et qui sont demeurées dans le local des Archives de l'abbaye.

portant sur l'histoire de l'Institut et de ses maisons, revue lancée par l'abbaye de Parc depuis 1905 mais qui avait cessé de paraître à la suite de la guerre en 1914. Sous la présidence d'Hugues Lamy († 1949), alors abbé de Tongerlo, docteur en Sciences morales et historiques de l'Université de Louvain, la commission groupa des membres recrutés dans des abbayes de la province brabançonne, tous gradés universitaires. Ils se réunissaient, — et aujourd'hui encore, — plusieurs fois chaque année pour déterminer le contenu du périodique, ressuscité sous le titre de *Analecta Praemonstratensia*, qui en est à présent à sa XLV^e^ tomaison. Une table générale parue tout récemment permet de saisir l'importance du travail accompli. Dans la suite, en 1957, on y adjoignit, dans une collection intitulée *Bibliotheca Analectorum Praemonstratensium*. l'édition d'une série de volumes dépassant l'étendue d'un article. Elle compte aujourd'hui huit volumes. Deux religieux d'Averbode, les frères Emile et Jean-Baptiste Valvekens, le premier, docteur en Sciences morales et historiques de l'Université de Louvain, l'autre, docteur en Théologie et licencié en Sciences bibliques de Rome, y exercèrent les fonctions, souvent très onéreuses, de secrétaires du comité [31]).

Quant à l'histoire de son propre monastère, le prélat Crets y fut attentif, dès le début de son gouvernement, destinant à cette fin des religieux de la maison à une formation scientifique dans ce domaine. Au moment où il ceignit la mitre, il trouva en place, comme archiviste de l'abbaye depuis 1842, Stanislas Joris († 1890), qui enrichit considérablement, par achats ou échanges, la bibliothèque et les archives claustrales. Celui-ci avait repris la tâche d'un de ses lointains prédécesseurs, le polygraphe qualifié au XVII^e^ siècle, Gilles die Voecht († 1633), et d'autres qui jadis, ou dans la suite, s'étaient préoccupés de la conservation et du classement des titres et registres des archives : les prélats Gérard vander Scaeft († 1532), Etienne van der Steghen († 1725) et Adrien Salé († 1782), auxquels il faut joindre le nom d'Ambroise van Hulsel († 1798), l'un des derniers archivistes en titre avant la suppression du monastère en 1797. Les répertoires, dressés par ce dernier, du vaste ensemble de la collection existent toujours. Ils ont aidé à rétablir le classement, d'après les exigences de l'archivéconomie moderne, des papiers anciens, et à prendre une connaissance

[31]) Dans la préface du nouveau périodique se trouve une adresse, écrite par le Général de l'Ordre, Mgr Crets. Voir texte à l'Annexe II. — La liste des présidents et membres du Comité historique se trouve à l'Annexe VIII.

sommaire et rapide de leur contenu. Le chanoine Joris était un autodidacte, qui ne publia rien, mais réunit une foule d'informations et de copies de documents, à l'instar de son devancier du XVII^e siècle. Après la mort de Joris, le chanoine Jules Evers († 1939), docteur en Théologie et formé à l'école paléographique du Vatican, classa les archives d'Averbode, rentrées à domicile, après avoir été mises en sécurité au delà du Rhin pendant la tourmente qui avait marqué la fin de l'Ancien Régime. Il s'inspira des méthodes de classement alors reconnues comme les seules valables, dont il a été question plus haut. Ses successeurs n'eurent qu'à pousser plus avant le soc dans le sillon creusé par lui [32]).

Curieux, on l'a dit de connaître l'histoire de sa maison, histoire, qui jusqu'à son avènement était demeurée terrain vierge, le prélat poussa plusieurs fois, mais en vain ce semble, d'aucuns de ses confrères à entreprendre les recherches voulues pour en publier les résultats. Durant la guerre mondiale de 1914, l'un des rédacteurs d'une revue pieuse, éditée par l'abbaye, étant devenu sans emploi, par suite de l'arrêt du périodique, se laissa convaincre par le prélat Crets. Il reprit la plume pour écrire une histoire chronologique d'Averbode depuis les origines jusqu'à l'époque contemporaine.

Feu le chanoine Joris avait transcrit une chronique, composée durant la seconde moitié du XVIII^e siècle par l'un de ses confrères, le bruxellois Augustin van Boterdael († 1777), en y ajoutant des notes complétives ou rectificatives. Le rédacteur, choisi par le prélat Crets ne voulut pas que son nom fut publié officiellement. Son œuvre de pure vulgarisation devait demeurer anonyme, tout comme la collaboration de l'archiviste de l'époque, qui lui permit de puiser à

[32]) Les mss de S. Joris (1837 - † 1890, *Catalogus fratrum*, fol. 296r°-v°) sont conservés aux A.Av., IV section. Ils sont décrits dans l'ample biographie consacrée à l'érudit par L. Goovaerts, *o.c.*, t. III, p. 137-144. Voir aussi E. Van Even, *De Eerwaarde Heer Stanislas Joris herdacht*, Averbode, 1890 (16 pages), brochure non recensée par Goovaerts. — A propos de Gilles Die Voecht (1596 - † 1653, *Catalogus fratrum*, fol. 148) et de ses mss conservés à Averbode, cfr L. Goovaerts, *o.c.*, t. I, p. 191-192 et t. IV, p. 44-55; aussi *Bulletin de la Commission royale d'Histoire de Belgique*, 1913, t. LXXXII, p. XLVI et suiv. — Une biographie détaillée de G. vander Schaeft, abbé d'Averbode de 1501 à 1532, se trouve dans E. Valvekens, *Een Premonstratenzer abdij in het begin der zestiende eeuw*, *o.c.* plus haut, p. 3-40; celles d'Etienne van der Steghen, abbé de 1698 à 1725 et de Trudon Salé, abbé de 1778 à 1782, dans P. Lefèvre, *L'abbaye norbertine d'Averbode*, *o.c.* plus haut, p. 23-25 et 39-44. — Sur l'archiviste A. van Hulsel (1766 - † 1798), voir L. Goovaerts, *o.c.*, t. II, p. 307-308. — J. Evers figure dans une liste dressée aux Annexes VII et VIII.



Portrait du prélat Crets, portant la Cappa magna,
par L. Crepin en 1932.

d'autres sources que les écrits de van Boterdael, ou de son copiste et commentateur Joris. Publiée en 1920 sans aucune référence, elle se rangeait à la suite des nombreuses rapsodies, composées depuis le XVII^e siècle, et demeurées manuscrites dans les archives du monastère. Un travail d'ensemble sur le passé huit fois séculaire de l'abbaye n'aurait pas été réalisable d'après la méthode critique, reçue à cette heure dans le domaine historique. Mais le volume publié répondit au rêve du prélat Crets. On ne saurait y faire appel pour asseoir sur des informations objectives l'histoire institutionnelle, économique ou religieuse d'Averbode [33]).

Dans la suite, des études, conduites d'après les impératifs d'une formation universitaire dans ce domaine, furent publiées par les archivistes du monastère et quelques spécialistes qui s'intéressaient à son passé.

Pour finir cet exposé de l'impulsion intellectuelle, partie du prélat Crets, il faut mentionner un événement important et jusqu'alors inusité dans les activités du monastère : la fondation d'un collège d'humanités à Brasschaat, près d'Anvers. Une instance avait été faite, dans ce sens, auprès de l'abbé d'Averbode par feu le cardinal Van Roey, archevêque de Malines. La maison s'ouvrit en 1931 et connut rapidement un grand essor, ce qui amena la création d'une dépendance à Schooten en 1959. L'enseignement, confié à des religieux d'Averbode, dont plusieurs avaient conquis des palmes universitaires, fut partagé plus tard, devant le développement de la population scolaire, par des professeurs laïcs. Le collège compte aujourd'hui quatre-vingts enseignants et seize cents enseignés [34]).

* * *

[33]) L'œuvre porte comme titre : *De Norbertijner abdij van Averbode*, Averbode, 1920. Son auteur est L. Blomme (1898 - † 1955) cité plus haut, note 19. La Chronique autographe de A. Van Boterdael (1725 - † 1777, *Catalogus fratrum*, fol. 239v°), est conservée aux A.Av., I, reg. 173, sa copie, par S. Joris, *Ibidem*, IV, reg. 87. L'auteur de la présente étude a mis à la disposition du rédacteur improvisé tout ce qu'il avait recueilli jusqu'alors dans les archives du monastère, dont il eut la garde de 1916 à 1922. — Sur van Boterdael voir l'article récent de E. Jacques, *Augustinus van Boterdael, pastoor van Hechtel, geschiedschrijver en dichter (1702-1777)*, dans *Album Bussels*, Hasselt, 1967, p. 367-376.

[34]) Cette fondation fit suite à l'érection en 1923 d'une nouvelle paroisse, dédiée au Saint Sacrement, à l'endroit dit Groenenhoek, sous Berchem près d'Anvers. La cheville ouvrière de cette œuvre et le premier curé de l'église jusqu'en 1940 fut le chanoine L. Bayens (1895 - † 1950, *Catalogus fratrum*, fol. 310v°), qui avait été un ardent promoteur de la dévotion mariale à Averbode. Des papiers relatifs à l'organisation des collèges de Bras-

Les événements qui marquèrent le long et fructueux gouvernement de l'élu du 30 mars 1887, en pleine jeunesse, doté de grands talents, peuvent ainsi se ramener à trois sommets : il fut un restaurateur attentif des édifices de sa maison, fortement entamés lors de la suppression à la fin de l'Ancien Régime, un chef fervent de l'institut réformé par saint Norbert, comme aussi de la maison particulière qu'il dirigea pendant cinquante-cinq ans, enfin un promoteur éclairé du renouveau intellectuel au sein de son propre moutier et des autres en Belgique, rendus à l'existence depuis la reconquête de la liberté religieuse après la rupture de l'union aux Pays-Bas.

L'activité du prélat Crets ne connut jamais de répit. Durant les années creuses de la première guerre mondiale, à la demande du cardinal Mercier, d'inoubliable mémoire, l'abbé administra le Sacrement de Confirmation à un grand nombre d'enfants de la région flamande du diocèse, alors encore très vaste, de Malines. Le prélat suscita une chaude affection auprès des curés qu'il y rencontra. D'aucuns parmi eux allèrent jusqu'à prononcer son nom comme candidat possible à la succession du grand Cardinal en 1926.

Ce n'est qu'au moment où l'usure d'une vieillesse avancée commença sérieusement à l'atteindre, en 1942, qu'il invita la communauté à choisir un coadjuteur avec droit de succession. Le prieur conventuel, Emmanuel Gisquière, reçut alors la mitre. Deux ans après, l'abbé, amplement jubilaire, résigna définitivement la charge qui s'était identifiée depuis si longtemps avec sa forte personnalité. Devant le déclin graduel de son esprit, il ne put heureusement plus réaliser pleinement le désastre, causé à son œuvre par l'incendie de la maison, à la fin de la même année 1942. Et il ne lui fut plus donné de voir le phénix renaître de ses cendres.

Mgr Crets fut une figure sans précédent dans les annales du monastère bâti à l'orée de la Campine. Aucun, parmi ses nombreux prédécesseurs choisis par la communauté, ne s'était distingué comme lui par des palmes doctorales et la publication d'un ouvrage, alors très remarqué, dans le domaine des sciences bibliques. Il fut aussi le seul à exercer une charge suprême au sein de l'Ordre tout entier et à recevoir,

schaat et de Schooten sont conservés dans ces instituts et à Averbode. Le prélat E. Gisquière (1910, abbé 1942 à 1967, *Catalogus fratrum*, fol. 322v°), a bien voulu consulter ces derniers pour moi. Je le remercie de l'intérêt très efficient qu'il n'a cessé de témoigner à l'élaboration du présent travail, qui évoque la figure de son illustre prédécesseur. C'est sous sa prélature que furent réédifiés les bâtiments détruits par l'incendie le 29 décembre 1942.

en 1912, du pape Pie X l'insigne de la *cappa magna* mauve, réservée aux évêques, lorsqu'il célébra le jubilé d'argent de son élection abbatiale [35]).

Sans aucun doute, comme tout homme, le prélat eut des défauts et son œuvre connut des failles, celles-ci d'autant plus apparentes qu'elles détonnaient sur l'ensemble. La perfection, — pourrait-on prouver le contraire ? — n'est pas de ce monde, et quiconque n'a jamais péché peut lui jeter la pierre. Mais rien de tout cela ne saurait ternir le rayonnement qu'assura à la blanche abbaye son long passage au milieu d'elle.

En déposant la plume, l'auteur de cette biographie, page bien remplie de l'histoire contemporaine du monastère de sa profession durant un demi-siècle, ne peut se défendre d'une intense émotion. Elle déborde devant tout ce que lui rappelle l'enthousiasme de sa propre jeunesse, — *ora puer prima signans intonsa juventa*, — la gratitude vis-à-vis d'un chef incomparable, qui prit l'initiative de sa formation religieuse et scientifique, et dont la largeur de vue lui ouvrit la voie vers l'avenir. Il lui vient alors à l'esprit un passage du grand historien remémorant les vertus d'un parent, gouverneur de la Bretagne, conquise par Rome au premier siècle de notre ère. Plutôt que d'honorer les morts, assurait celui-ci, par des monuments de marbre ou d'airain, évoquant les traits de leur visage, mais qui eux aussi disparaissent sous la morsure du temps *admiratione potius et immortalibus laudibus et, si natura suppeditet, similitudine colamus. Is verus honos, ea conjunctissimi cujusque pietas* [36]).

[35]) Le jubilé eut lieu le lundi 29 avril 1912. La messe du Patronage de saint Joseph, *Adjutor et protector*, — dont la fête avec octave venait d'être fixée dans le sanctoral de l'Ordre au troisième dimanche après Pâques, — fut chantée par le prélat, avec assistance pontificale du Cardinal Mercier. Participèrent à la fête le ministre Schollaert, le comte de Mérode, la comtesse Jeanne de Mérode, — qui fit don d'un magnifique tapis, tissé à Westerlo, pour couvrir les degrés de l'autel et l'ensemble du sanctuaire aux fêtes majeures. Durant le repas, la schola de l'abbaye chanta une cantate dont le texte avait été composé par X. Adriaensen (1909 - † 1935, *Catalogus fratrum*, fol. 322) ; le prieur conventuel I. Janssens (1892, prieur en 1898-1919, † 1927. *Ibidem*, fol. 309) fit part du privilège de la cappa magna, octroyé par Pie X. Le jubilaire reçut un anneau, incrusté d'une topaze brûlée, de la part des abbés Prémontrés de la province belge et une aiguière avec plateau en argent, offerte par les membres externes de l'abbaye.

[36]) Tacite, *Agricola*, XLVII.

Avec le même auteur, il n'hésite pas à conclure : l'abbatiat de Mgr Crets, *posteritati narratus et traditus, superstes erit.*

Pl. Lefèvre, o. Praem.
Prof. em. Universitatis catholicae
Lovaniensis.

Leuven, le 17 août 1963
Bondgenotenlaan 13.

ADDITA AUX NOTES

À propos des tableaux représentant les abbés d'Averbode, restaurés en 1887, dont il est question dans la note 8, il faut ajouter que le portrait du prélat Vaes (1647-1698) provient de M. van den Schrieke, beau-père de l'ancien ministre Schollaert, de Klein-Vorst, qui l'avait présenté au chanoine Raymaekers de l'abbaye de Parc. Celui-ci le montra à l'archiviste d'Averbode, Stanislas Joris, qui y reconnut les armes de Vaes et le reçut pour sa propre abbaye. À noter en plus que le portrait du prélat Van der Steghen (1698-1725) fut trouvé dans le grenier de la cure de Kortenbos, desservie par les religieux d'Averbode.

Communications faites oralement par l'archiviste Joris au prélat Crets, qui les transcrivit dans ses *Directoria* aujourd'hui disparus.

À ajouter à la note 9, à propos du remplacement de la croix, enlevée par les Français, au-dessus de l'attique de la façade de l'église, par le prélat Crets en 1906, l'inscription suivante, apposée sur le socle :

QUAM CONSTITUIT SERVATIUS PIISSIMUS ABBAS
FUROR ABSTULIT GALLICUS EXEUNTE SAECULO XVIII
FELICI RESTITUIT NUMINE GUMMARUS CRETS
A° DNI M.D.CCCC VI.

ANNEXES

Dans certains textes publiés ci-dessous, on rencontre des allégations d'ordre historique qu'il faut interpréter à la lumière des idées reçues à l'époque où elles furent énoncées. Plusieurs d'entre elles ont, du reste, été nuancées, voire abandonnées, suite à la production de témoignages alors inconnus.

Mais il serait sot de les incriminer, — elles ou leurs auteurs, — car c'est toujours en partant de l'acquit préalable que peut s'opérer un redressement. Les tâtonnements et les faiblesses de l'enfance n'auraient-ils eu aucun sens dans l'efficience de la maturité ? D'aucuns semblent l'oublier à l'heure présente. Pour eux l'attrait du « pruritus novi » est souvent en raison inverse du savoir et de la qualité de l'information.

I.

1923, avril 7. — *Lettre adressée par le nouveau Général, Mgr. Crets, aux abbés et religieux de l'Ordre de Prémontré.*

Reverendissimi et Amplissimi Domini Abbates,

Dilectissimi in S.P.N. Norberto Confratres,

Interger ferme elapsus est annus, a quo, occulta Dei dispositione, ineptis manibus nostris suprema Ordinis nostri gubernacula concredita sunt. Hoc brevi temporis intervallo multiplicia accepimus et indubia benevolentiae, confidentiae et congratulationis testimonia, tam a vobis, Reverendissimi ac Venerabiles Abbates, quam a spectatis optimeque de Ordine nostro meritis Confratribus, quae nobis, etsi in munere nobis imposito plus habeamus, quod angamur, quam quod laetemur, gratisima fuerunt, atque animum nostrum ad grave onus ferendum haud parum auxerunt ac validum nobis calcar addiderunt. De benignis iis sensibus et addictissimi animi argumentis gratias vobis dicimus quam maximas. Ast inde praecipuum habuimus laetitiae sensum, quod in hisce testificationibus experiri potuerimus devotissimum omnium vestrum sacro Ordini nostro animum, firmumque propositum allaborandi, ut familia S.P.N. Norberti in Ecclesia Christi usque magis laudabilem se exhibeat, ac in vastissimo christiani apostolatus campo uberrimos salutis fructus operetur.

Alto namque cum gaudio in eis recensentur magnificisque laudibus extolluntur salutaria, quae Deo dante nuper Ordo noster sumpsit incrementa. Et re quidem vera non solum in plerisque Europae regionibus recens disseminata est sancti Norberti militia sacra, sed et in

Africam et utramque Americam sua agmina aetate nostra transmisit, ibique omnis generis apostolatui sacro operam navat. Haec paucis verbis perstringit omnique laude cumulat Eminentissimus Cardinalis van Rossum, Protector Ordinis nostri diligentissimus, nobisque corde et opere devotissimus, in litteris occasione Jubilaei Ordinis anno 1920 desideratissimo Abbati generali, Norberto Schachinger, datis : « Apostolico, scribebat, quo (Norbertus) flagraverat zelo succensi filii qua institutionibus in collegiis et juventutis palestris, qua eximia cura in regendis paroeciis et diocesibus, qua calamo apostolatus saluberrimisque divulgatis scriptis, qua admirabili demum studio etiam paganis Evangelium Christi annuntiandi, innumeras animas Christo pepererunt, per viam virtutis confirmarunt, sanctam christianam vitam instituere docuerunt ».

Haec sane multiplicia et omne genus apostolatus opera ostendunt palam apostolicum s. Norberti spiritum in Ordine ab ipso fundato illibate esse servatum, ac porro arborem ab ipso in Ecclesia Christi plantatam pristinum suum haudquaquam amisisse vigorem, sed, etsi quandoque hic vel illic ventis tempestatibusque quassatam ac ramis spoliatam, mox serenato aëre denuo virescere, luxuriare in ramos et frondes, ac brevi palmites suos rursus extendere a mari usque ad mare.

Quam laudem suprema sua auctoritate Ordini nostro deferre dignatus est summus Pontifex p.m. Benedictus XV, dum in litteris suis congratulatoriis occasione praedicti Jubilaei datis gaudere se testatur institutum s. Norberti « tanta vel longinquitate vel varietate temporum adeo non consenuisse, ut novam quamdam viriditatem habere videatur » ac ea « quae fecisset detrimenta sarcire ac sensim per ea loca rursus propagari, ubi jam oppressum erat vel extinctum » ... necnon « Praemonstratenses sodales ... in omni genere studiose laborare, quod ad divinae gloriae incrementum salutemque animarum pertineat ». Si elogia haec a summo Ecclesiae Capite Ordini nostro tributa laetissimo cum animo jure merito excepimus, enitendum aliunde nobis est, ut iis digni usque permaneamus, nosque digniores indies praestemus.

Verum ut expectationi Ecclesiae non desimus, spesque de Ordine nostro conceptas impleamus, oportet ut ad potiora incrementa et uberiores apostolatus fructus aptos nos reddamus. Porro ad hoc necesse est, ut sodales nostri in disciplina regulari rite exerceantur, pietatem omnesque virtutes solide efformentur, et in doctrina sacra sedulo instruantur. Videlicet omni studio allaborandum est, ut qui Ordini nostro, Deo vocante, nomen dederunt, per orationes, medita-

tiones, regulares observantias et studia sacra ad perfectionem ipsi contendant et aptissima ad salutem animarum procurandam fiant instrumenta. Nam ut in praefatione Statutorum nostrorum legere est : Sanctus Norbertus « talem meditatus est Ordinem, qui per vitae contemplativae puritatem suos alumnos ad vitae activae arduas et periculosas functiones disponeret, et tam sanctitate quam doctrina digne praepararet ».

Meminerint itaque Abbates aliique Superiores praecipui sui muneris esse omnem adhibere curam, ut divina Officia in choro omni qua decet reverentia et cultus splendore secundum liturgiam Ordinis persolvantur. Primarium enim vocationis nostrae canonicae officium est laudes Deo diu noctuque deferre. Quapropter in hoc primario officio implendo omnis vitetur negligentia et socordia. Nec nimis facile arbitrentur Superiores proficuum constituere lucrum, quod aliorum ratione officiorum divinis laudibus digne celebrandis subtrahitur tempus.

Specialis etiam Superiorum sollicitudo versetur circa religiosam culturam novorum Ordinis sodalium. Tempus scilicet novitiatus integre et exclusive impendatur, ad normam praescriptorum Ecclesiae et Statutorum Ordinis, efformationi religiosae novitiorum, quatenus scilicet mores et consuetudines suas saeculares in religiosas commutent, vitia malasque suas inclinationes reprimant, propriam voluntatem frangere propriumque judicium exuere discant, ac porro obedientiam omnimodam ceu praecipuam religiosi virtutem habeant.

Mox ab ingressu in Ordinem profundissima eis inculcetur devotio erga Augustissimum Missae Sacrificium ac tenerrimus amor erga Christum Dominum in Eucharistia praesentem, habeantque hunc cultum eucharisticum velut praeclarissimum patrimonium a S.P.N. Norberto Ordini suo relictum; cujus proinde sit hunc cultum non solum omni cum splendore celebrare et in suorum alumnorum animis fovere, sed etiam indefesso zelo inter fideles tum verbis tum scriptis propugnare et promovere. Quandoquidem ergo devota Missae celebratio tessera est genuini filii s. Norberti, meminerint sacerdotes nostri suum speciali titulo esse Sanctissimum Altaris Mysterium semper vivida cum fide et profundissima reverentia peragere. Hoc pacto digni manebimus encomio quo nuper Ordinem nostrum coram pluribus ex nostris collaudabat summus Pontifex Pius XI : « Ordo vester Praemonstratensis, dicebat, est ordo gloriose eucharisticus et eucharistice gloriosus ».

Eadem sollicitudo versetur circa pietatem erga Gloriosam et Immaculatam Virginem Mariam, Ordinis nostri Patronam singularem,

cujus cultus fuit ab exordio Ordinis ad nostra usque tempora speciale ejus decus ac veluti insigne domesticum.

Probe etiam noscant sodales nostri vim et obligationes votorum religiosae suae professionis, ac speciatim perspectum habeant, per votum paupertatis omne liberum et independens rei temporalis dominium a se abdicari. « Non dicatis aliquid proprium, dicit regula S.P.N. Augustini, sed sint vobis omnia communia »; et quidquid religioso obvenerit, sit « in rem communem redactum, cui necesse fuerit, praebeatur ». Hujus voti integritati sedulo prospiciant Superiores, nam nullum aliud est contra quod tam facile abusus irrepere solent, et cujus observantia, nisi vigilanter et continuo attendatur, tam proclivi decursu relaxetur. Quapropter jure merito a magistris vitae religiosæ vocatur paupertas firmus religionis murus, et reapse ex historia novimus, communitates religiosas quae a primaeva paupertate desciverunt paulatim spiritum religiosum amisisse et a religionis integritate pedetentim defecisse.

Ut autem non sanctitate vitae tantum, sed etiam scientiae doctrina commendentur filii s. Norberti, curas cogitationesque suas ad hoc sedulo impendant Abbates, ut sacrarum studia disciplinarum in suis domibus floreant, eaque per integrum saltem curriculum a sacris Canonibus prescriptum protendantur. Sedulo itaque in philosophia scholastica et scientiis theologicis, idque duce s. Thoma Aquinate, exerceantur alumni nostri, quatenus in dogmatibus christianis solide edocti ipsimet in fide sint stabiles, ad alios fidei veritates edocendos inveniantur idonei, atque ad errores modernos refellendos evadant apprime armati. Quodsi specialium causa ministeriorum ad quae destinantur, studio litterarum aut scientiarum naturalium operam navare eos oporteat, solida studia theologica praemittantur, et omnino caveatur ne sacrae negligantur disciplinae, aut profanae anteponi videantur.

Haec vobis, Reverendissimi Abbates et dilectissimi Confratres, his litteris commendare haud incongruum duximus, quia pro propensissima voluntate qua prosequimur, sicuti vos, religiosam nostram s. Norberti familiam, desiderium habebamus ea vobis suadendi vestraeque probatae diligentiae committendi, quae bonum ac prosperitatem Ordinis nostri promovere, ejusque laudem et merita in Ecclesia Christi augere sunt nata.

Huic scopo attingendo validissimum adminiculum obventurum confidimus ex opere, quod uti novistis, ad normam decreti Capituli generalis anni 1914, in Ordine susceptum est, nempe revisionis Statu-

torum nostrorum. Horum sane reformatio est prorsus necessaria, et a cunctis sodalibus desideratur. Sunt enim ex omnium confessu in multis antiquata, novis sunt temporum necessitatibus adaptanda, ac praesertim de mandato Sanctae Sedis sunt novo codici Juris canonici conformanda. Quoniam vero universi Ordinis nostri summopere interest, ut hoc opus arduum ac momentosum cum optato successu ad bonum familiae norbertinae executioni mandetur, enixe illud commendamus orationibus omnium alumnorum Ordinis. Si supplici ac perseveranti prece ad Patrem luminum omnes recurrimus, non est dubium quin hoc opus, divina opitulante gratia, ad felicem effectum perducatur.

In hoc pio tentamine servemus illam charitatem fraternam, illamque unionem animorum, quae usque fuit ornamentum familiae norbertinae, et quam recens bellum immane nec rumpere potuit nec disjungere; ac porro si ex temporum iniquitate forent inter nos qui in omni pressura sunt, corde et opere pro posse iis succuramus.

Si junctis ita viribus et fraterna unione collaboremus, ut institutum S.P.N. Norberti sanctitate membrorum usque magis resplendeat et fructibus salutis refulgeat, amodo probabimus, quod de Ordine nostro praedicavit Adamus noster Praemonstratensis : « Ordo certe sublimis valde et inter universos, quibus sancta exaltatur et decoratur, sanctificatur et regitur Ecclesia, Ordines, magna quadam dignitate praefulgens ».

Haec dum vobiscum communicare placet, Reverendissimi Abbates et charissimi Fratres, nos vestris precibus commendatos habemus, et in Sacratissimo Corde Jesu, Beatissima Virgine Maria et sancto Patriarcha nostro Norberto permanemus.

Vobis addictissimus et obsequentissimus Confrater
Gummarus Crets, Abbas Generalis.

Datum Averbodii 7 Aprilis, in festo B. Hermanni Joseph 1923.

Exemplaire, devenu très rare, conservé à l'abbaye du Parc, près Louvain. Je remercie M. le Prieur Verrees et le chanoine Maes ce cette maison de me l'avoir communiqué.

II

1923 décembre 11. — *Adresse de l'abbé Général au comité réuni pour reprendre la publication de la revue* « Analecta Praemonstratensia ».

Propositum quod aliquot delecti Ordinis nostri alumni, collatis inter se consiliis, pro suo erga Ordinem studio ceperunt, non potuimus

non vehementer approbare; imo libentissimo animo et cum applausu illi adsentimus. Haec enim nostra aetate, qua studia historica tam universe tamque impense coluntur et florent, decet sane ut antiquus Ordo Praemonstratensium, qui tam late per Europam in praeteritis potissimum saeculis diffusus fuit, quique per continuas suas relationes tum religiosas, tum politicas, tum oeconomicas, cum potestate ecclesiastica et civili, patrimonium ditissimum sibi comparavit documentorum, quae historiam tam propriam quam universalem illustrare sunt nata, domesticum habeat repertorium, quo haec in publicum emittantur.

Per plures annos huic necessitati meritissime providerunt *Analectes de l'Ordre de Prémontré*, cura abbatiae Parcensis evulgata, ast infautissimum bellum huic publicationi finem imposuit ejusque resumptionem infeliciter praepedivit.

Copia erit in dicto novo periodico etiam edendi studia et elucubrationes historicas, quae nostris diebus a sodalibus Ordinis vel ab exteris de nostro Ordine conscribuntur. Opusculum itaque hoc trimestriale fodina erit et pro nostratibus et pro historiae cultoribus, ex qua tam antiquam historiam quam modernam actionem Ordinis nostri noscere valeant, huncque plurimi aestimare discant. Quapropter alumnos Ordinis nostri, qui idonei sunt ad huic operi collaborandum, rogamus ut suum libenter praestent concursum; alios vero hortamur, ut sua saltem subnotatione fautores operis sese praebeant, ejusque fructibus stabiliter spargendis subveniant.

Datum in abbatia Averbodiensi, 11 decembris 1923.

Gummarus Crets

Abbas generalis Ordinis Praemonstratensis.

Texte inserré dans la préface de la première livraison des *Analecta Praemonstratensia*, 1925, t. I, p. 7-8.

III

1923 décembre 8. — *Préface de l'Abbé Général à l'antiphonaire de Prémontré, réédité d'après la tradition grégorienne propre de l'Ordre.*

Gummarus Crets, Dei et apostolicae Sedis gratia abbas Averbodiensis, totius ordinis Praemonstratensis Caput et Abbas generalis, omnibus confratribus in Christo et sancto Patre Norberto dilectissimis, salutem in Domino.

Hoc in volumine vobis praebetur nova editio, Deo favente, feliciter

absoluta, antiphonarii sacri et canonici Ordinis nostri libri, scilicet liturgici ordinatam seriem exhibentis antiphonarum, responsoriorum, hymnorum et canticorum quae in chorali horarum canonicarum officio decantantur. Hujus nova editio sicut et gradualis et processionalis, propter penuriam exemplariorum, primum jam decisa fuit in Capitulo generali anno 1883 Viennae celebrato, et postmodum in variis Capitulis generalibus denuo statuta; sed variis ex causis dilata fuit executio usque ad ultima haec tempora, dempto novo et reviso graduali quod in lucem prodiit anno 1908 ,sub Abbate generali Norberto Schachinger. Per plures deinde annos interruptum fuit ac plane impeditum hoc reeditionis opus, potissimum per immane bellum Europeum ejusque lugendas sequelas. Quando post pacis foedera quietiora illuxerunt tempora, Capitula generalia Ordinis nostri, successive celebrata anno 1921 in canonia Plagensi, anno 1924 in canonia Teplensi, anno 1927 in canonia Tongerloensi, dilata reformatione et editione librorum liturgicorum cantus, omnes curas cunctaque sua studia impenderunt negotiis urgentioribus, videlicet primum revisioni Statutorum Ordinis, eorumque accommodationi novo Codici Juris Canonici jussu Pii X digesto et a Benedicto XV promulgato; deinde novae editioni breviarii nostri minoris formae, psalterio recenter reformato a Pio X ac novo kalendario Ordinis, jussu et auctoritate S.R.C. reformato et approbato, adaptati. Utrumque hoc negotium eousque est absolutum, ut Statuta Ordinis in diversis Capitulis generalibus per distinctiones revisa ac approbata, modo ad experimentum sint ubique in usu et observantia, expectentque ultimam discussionem et definitivam Ordinis approbationem; breviarium vero quod anno 1930 e prelo exivit ab eo tempore sit in universali Ordinis usu.

Expedito duplici hoc opere, de prosequenda revisione ac nova editione ceterorum librorum liturgicorum agi potuit et illico actum est in Capitulo generali in canonia Parcensi anno 1930 celebrato, quod rursum decrevit, ut antiphonarium et processionale Ordinis reviderentur et prelo committerentur.

Quoniam in hoc opere exequendo praecipue curae et studia eo tendere debebant, ut cantus librorum nostrorum liturgicorum in decursu saeculorum a pristina sua puritate deturpatus, reformaretur et ad genuinum cantum gregorianum reduceretur, juxta normam datam a Pio X in suo *Motu proprio* d.d. 23 novembris 1903, commissum fuit hoc negotium duobus confratribus musicae sacrae apprime peritis, scilicet Ven. D. Bonifacio Swarte, priori Parcensi, et Ven. D. Lamberto Wendelen, priori Tongerloensi. Usi sunt isti methodo quam adhibuerant

membra Commissionis cantus ante annum 1908 in reformatione gradualis nostri mox edendi, et qua simul parabant elementa pro novis antiphonario et processionali postea edendis. Conquisitis scilicet et collectis antiquissimis manuscriptis et vetustissimis codicibus cantum nostrum referentibus et in bibliothecis et archivis sive nostris sive publicis in universa pene Europa latentibus, et comparatione deinde per partes inter diversas lectiones sedulo instituta, eas modulationes ac formas tanquam genuinum cantum nostrum referentes habuerunt et admiserunt quae in plerisque vel saltem pluribus fontibus occurrebant. Selectione hoc modo facta, manum apposuerunt primum parando ac typis mandando novo processionali, quod propter deficientiam exemplariorum magis urgebat, quodque prodiit anno 1931.

Nulla interposita mora susceptum tunc fuit majus opus editionis novi antiphonarii. Quandoquidem ex studio per annos producto pars formalis hujus operis pene absoluta erat, reformatio nempe cantus anterioris antiphonarii ad normam antiqui et genuini cantus nostri, hujusque in novorum annotatione officiorum adaptatio, editio haec non longas traxit moras et vix duorum annorum laborem insumpsit.

Indefessus iste ac summe laudandus labor hunc diu optatum retulit fructum, quod perfecta modo sit ac completa concordantia inter omnes libros nostros liturgicos.

Fortunatus hic profectus nobis, fratres carissimi, stimulos addat fervoris sensus, ut maxima cum pietate et devotione laudes divinas decantantes in choro, religiose fungamur primario officio sacrae vocationis nostrae, et ut, qua genuini filii sancti patris Norberti, decorem splendoremque divini cultus usque promoventes, merito in Ecclesia Christi inter praecipuos computemur aemulatores gloriae Dei. Quod Ipse praestare nobis dignetur per intercessionem gloriosae et Immaculatae virginis Mariae et beatorum patrum nostrorum Augustini et Norberti.

Datum in abbatia Averbodiensi in festo Immaculatae Conceptionis B.M.V. anno 1933.

Gummarus Crets, abbas generalis.

De mandato Illustrissimi Domini Generalis.

fr. Emmanuel Gisquière, secretarius.

Texte dans *Antiphonarium ad usum sacri et canonici ordinis Praemonstratensis*, Paris, Tournai, Rome, 1934, p. III-IV.

IV

1934, janvier 25. — *Lettre circulaire de l'Abbé Général à l'occasion du huitième centenaire de la mort de saint Norbert.*

Reverendissimi et amplissimi Domini abbates ac dilectissimi in Christo et s. patre Norberto confratres,

Novus annus, quem paucos ante dies inchoavimus, non est pro nobis, filiis s. Norberti, annus quivis communis cujus eventus nobis ignoti in Dei praevidentis et providentis sunt manibus, quosque felices grato, infelices aequo et patienti animo recipere nos oportet. Est enim pro nobis annus memorabilis, quoniam in ejus decursu gaudenter et gratanter octavum recolemus contenarium sanctissimi obitus beati fundatoris sacri ordinis nostri Praemonstratensis. Quapropter fas esse duximus et congruum, ut in limine hujus anni jubilaris voris et omnibus faustitatis et felicitatis ad vos a nobis dirigi solitis, supraddamus particulare optatum tanto ac tam laeto memoriali consentaneum.

Postulamus scilicet a Deo et ardenter pro singulis filiis s. Norberti apprecamur, ut propitius exaudiat orationem quam in officio nostro liturgico in octava die festi s. Norberti ad ipsum dirigimus, rogantes ut excitet in nobis « spiritum cui beatus Norbertus, confessor atque pontifex, servivit, ut eodem nos repleti, studeamus amare quod amavit et opere exercere quod docuit ». Ad hoc enim ante omnia contendere debent religiosi, si velint uberrimos sanctificationis fructus ex sua vocatione haurire, ut spiritum sui fundatoris imbibant et exemplum ejus jugiter intueantur, prout nos monet summus pontifex Pius XI in praeclara sua epistola apostolica ad supremos moderatores ordinum Regularium d. 19 martii 1924 directa, « Ac primum omnium religiosos viros cohortamur, ut suum quisque conditorem patremque legiferum in exemplum intueantur, si velint gratiarum, quae e sua ipsorum vocatione profisciscuntur, certo esse copsioseque participes. Praestantissimos enim ejusmodi viros, cum sua excitarunt instituta, quid aliud fecisse constat, nisi divino affatui paruisse ? Quam igitur ii notam in sua sodalitate impressam voluerunt, eam quicumque ex suis in se exhibent ab incepto sane non aberrant. Quare eo sodales, optimorum instar filiorum, curas cogitationesque convertant, ut patris legiferi honorem tueantur, ejus cum et praeceptis et monitis obsequendo tum imbibendo spiritum ; neque enim e statu suo decident usque dum conditoris sui vestigiis institerint : *Filli eorum propter illos usque in aeternum manent* ».

Qualis porro fuit spiritus, cui post conversionem suam sanctus fun-

dator noster jugiter servivit, quo totus erat imbutus, quemque filiis suis veluti patrimonium legavit? Spiritus qui eminuit in sancto conditore nostro fuit spiritus apostolicus et eucharisticus.

Sanctus Norbertus vix presbyter ordinatus totum se dedit praedicationi verbi Dei. Potestate sibi data a summis pontificibus Gelasio II et Calixto II fidelibus annuntiandi ubique verbum Dei, totam pene peragravit centralem Europam, ubique fidem praedicans tanto cum zelo et ardore ut nec aspera hiems, nec inedia nec corporis lassitudo eum a praedicationis proposito avocare potuerit; atque tanta cum affabilitate tamque persuasibilibus verbis, ut ubique ad ejus adventum catervatim confluerent populi, ac ejus monitis doctrinisque instructi resipiscerent et ad meliorem frugem reverterentur. Archiepiscopus Magdeburgensis factus suum praedicationis apostolatum quantum prae sui muneris officiis licuit, est indefesse prosecutus. Non solum instructioni ovium suarum sese devovit, sed conversioni ferarum incultarumque gentium, quae ultra incertos limites orientales suae dioeceseos cultui idolorum erant dediti; sicque paganam gentem Wendorum per se et per discipulos suos in adjutorium vocatos ad evangelii lumen adduxit. Mirum itaque non est quod apostolicus ille antistites Norbertus, tantis dotibus naturalibus praeditus, tam alta fruens cultura, ictu coelestis gratiae ut alter Paulus perculsus, ac indefesso zelo verba salutis praedicans, inter coetaneos suos claruerit ut lucerna ardens super candelabrum posita, atque tot devios ad vitam christianam revocaverit, totque errantes ad ovile Christi adduxerit.

Hunc zelum animarum, hunc spiritum apostolicum, quem sanctus Norbertus suos habere voluit, revera inter filios ejus jugiter perennasse, historia Ordinis probat et adhuc vigere hodierna facta testantur.

Ex annalibus ordinis Praemonstratensis compertum est quantopere filii sancti Norberti in decursu saeculorum ubique se devoverint curae animarum, tum per administrationem Sacramentorum, tum, quod ipsis magis proprium est ac eorum particulare meritum in Ecclesia Christi, per erectionem et administrationem paroeciarum, potissimum in pagis ruralibus ab urbibus saepe longe remotis, in quibus incolae regulari ministerio spirituali destituti erant. Ex laudibus Ordini nostro a summis pontificibus saepius delatis, et ex eorum hortamentis ad extensionem talis apostolatus conficere licet quantum monasteria ordinis Praemonstratensis talia centra condendo in iisque pastoralem curam exercendo, contulerint ad fidem in suis viciniis firmandam et vitam christianam fovendam. Hic apostolatus, ut peculialiter proprius Ordini nostro, etiamnum nostris diebus ab universis pene monasteriis

cum eodem zelo et in eodem spiritu sancti Norberti adimpletur. Verum ultimis his annis vastior campus apostolico zelo Praemonstratensium patere coepit, a quo sancta Sedes alumnos Ordinis nostri ad dissitas regiones evocavit eorumque apostolatum ibidem exercendum rogavit, tum apud catholicos in fide parum instructos et titubantes, vitiisque deditos, tum apud haereticos fide et Sacramentis carentes, tum etiam apud paganos in densissimis tenebris abominabili idolorum cultu et teterrimis vitiis detentos. Abbates nostri voci Petri paratissime morem gerentes, nostris diebus colonos fidei miserunt ad utramque Americam, ad Angliam et Daniam, ad Africam et Asiam, ibique laetissime vident filios suos maximo cum fructu alacriter et generose allaborare extensioni regni Christi et saluti animarum.

Dulce profecto nobis est et magno solatio, re et effectu comperire spiritum apostolicum adhucdum imbuere filios sancti Norberti eosque opere exercere quod docuit. Sancta ergo sit cura et constans officium superiorum hunc spiritum inter suos fovere ac promovere; cunctique vero subditi se teneri censeant confratres suos operarios tam domesticos quam exteros suis precibus adjuvare.

Alter spiritus qui sancto patri Norberto etiam specialiter tribuitur est spiritus eucharisticus. Non abs re ex diurna et constanti traditione sanctus noster Patriarcha pene semper exhibetur et repraesentatur, quasi per signum characteristicum, ut gestiens aut adorans sanctissimum Eucharistiae sacramentum. Et re quidem vera quanta fide et pietate post sacerdotalem ordinationem sese praeparavit per dies quadraginta in monasterio Sigebergensi ad primitias suas sanctissime celebrandas! Quantae fidei denuo et fiduciae in Deum nobis speciem dedit, dum missam celebrans in crypta sese exposuit, ex reverentia, erga eucharisticas species, aestimato mortis periculo! Prodigia quae operatus est in itineribus suis apostolicis, puta sanationes instantaneas, daemonum expulsiones, nonne ea pene semper produxit intra vel circa missarum solemnia? Denique Antverpiam vocatus a Burchardo Cameracensi episcopo, ut per se et discipulos suos civitatem istam cum suis viciniis purgaret a turpitudinibus haeresiarchae Tanchelmi, nonne mysterium eucharisticum in honorem ibidem et cultum fidelius restituit? Adeo verum est hunc fuisse peculiarem mirabilis hujus conversionis effectum, ut Ecclesia indulserit Praemonstratensibus, hoc memoriale in suo officio liturgico annuatim recolentibus, hunc triumphum sancti Norberti celebrare per officium et ad instar festi Corporis Christi.

Hunc cultum, hunc spiritum eucharisticum sanctus pater Norbertus ordini a se fundato alte infudit. Hinc magnifica templa artificiosissime

ornata, quae Praemonstratenses juxta monasteria sua omni aetate aedificarunt, ut eucharisticus Hospes digni inter se habitaret; hinc splendor cultus quocum ab Ecclesia institutum festum Corporis Christi, illud aequando solemnioribus festis liturgicis, a saeculis celebrarunt. Omni aetate et praesertim hac nostra, qua publicae manifestationes et glorificationes in honorem sanctissimae Eucharistiae magis florent et frequentiores sunt in Ecclesia, filii sancti Norberti illis usque generose et piissime sese associarunt. Imo nostris diebus eucharisticarum institutionum non solum participes, sed et plurium sunt moderatores. Magnifici illi congressus eucharistici, qui ex universo orbe catholico ante quinquaginta circiter annos coadunari caeperunt, quique successive in magnis oppidis, non solum Europae, sed et Americae septentrionalis, Africae et Oceaniae celebrati fuerunt, quorum trigesimus secundus hoc ipso anno in Buenos-Ayres, principe civitate reipublicae Argentiniae Meridionalis congregabitur, habent ab anno 1902 qua moderatorem filium sancti Norberti, nimirum Excellentissimum Dominum Thomam Heylen, praeclarum episcopum Namurcensem, decus et gloriam Ordinis nostri. Neminem latet quantopere hi conventus, sub hujus impulsu et directione, contulerint ad cultum eucharisticum in universa ecclesia extendendum et promovendum.

